

Thesis 12<sup>a</sup>

Praeter scientiam divinam Christus his in terris degens  
scientiam humanam habuit eamque triplicem: acquisitam, nempe,  
infusam et beatam.

Termini.

scientia: proprie est certa rerum per causas cognitio; late  
est cognitio ~~intelligibilis~~ sive per causas sive per effectus,  
sed excluditur fides.

divina, humana: dividitur scientia, non secundum obiecta,  
sed secundum principia naturalia et remota. Divina ergo intelli-  
gitur scientia, non qua Deus cognoscitur, sed qua Deus cognoscit;  
et humana intelligitur, non qua homo cognoscitur, sed qua homo  
cognoscit. Cf. thes in 5<sup>m</sup> ubi similiter distinguuntur in  
Christo duae naturales voluntates, duae naturales operationes.

his in terris degens: quaeritur de scientia Christi, non  
post resurrectionem, sed ante mortem.

acquisita: quae naturaliter ab homine attingitur.

infusa: quae praeter ordinem naturae a Deo datur quin tamen  
divina essentia immediate cognoscatur.

infusa per accidens: quae naturaliter attingi <sup>posset;</sup> potest; e. g.,  
litteras scire quin quis didicerit, cf. Io 7, 15.

infusa per se: quae naturaliter ~~sunt~~ ab homine attingi  
non potest; e. g., e septem donis Spiritus sancti quattuor  
in cognitionem dicunt: sapientia, intellectus, consilium, scientia.

beata: immediata Dei cognitio in intellectu creato recepta.

Sensus asserti

Thesis tria facit: primo enim distinguit in Christo scientiam divinam et scientiam humanam; deinde in scientia hac humana distinguit aliam naturaliter acquisitam et aliam divinitus collatam; tertio hanc divinitus collatam dividit in infusam et beatam.

Quoad primum, thesis non est nisi corollarium ex thesi <sup>quinta</sup> ~~Damnum hominis~~ <sup>quantia</sup> deductum. Scire enim quoddam operari est. Sed in Christo indivise Deo et homine <sup>et</sup> duae sunt inconfuse operationes naturales. Ergo in Christo indivise Deo et homine duae sunt scientiae inconfuse alia divina et alia humana.

Quoad alterum, thesis non est nisi applicatio distinctionis inter ordinem naturalem et supernaturalem quam iam in thesi undecima adhibuimus. Sicut ergo ibi distinximus inter ordinem naturae et ordinem gratiae in Christo homine, ita nunc distinximus inter scientiam Christi humanam naturaliter acquisitam et eiusdem scientiam humanam divinitus collatam. Notate tamen aliter dici "naturale" in c. Constant. III, et aliter dicitur "naturale" prout medij aeo a supernaturali distinguitur. Primo modo, naturale est operari vel velle secundum principium ex quo est vel in quo recipitur vel ~~ex~~ quocum identificatur. Altero modo, naturale est operari vel velle objectum secundum quod <sup>haec</sup> iacet intra proportionem naturae.

Remanet ergo ut <sup>haec</sup> thesis novum non addat nisi quod respiciat distinctionem inter scientiam beatam et scientiam infusam; quae quidem distinctio, etsi in scripturis fundetur, clare tamen non apprehenditur nisi ipsa scientiae ratio perpenditur; et ideo ante medium aevum nisi per obscure non cognoscebatur.

est ex nescientia in scientiam: erant ergo quae Christus homo nescivit  
 non solum actu sed etiam habitu.

~~xi. Ubi S. Thomas scientiam beatam semper actu esse docuit (Sum. theol., III, q. 11, a. 5 ad 1m) et quidem a primo Incarnationis instantie (ibid., q. 34, a. 4), S. Bonaventura distinxit inter~~

11. S. Bonaventura circa scientiam Christi beatam duas partes distinxit, aliam principalem de Deo, et aliam de creaturis; et illam semper actu esse docuit, hanc autem ex habitum in ~~actum proficere~~ actum debito quodam modo proficere (videsis Sépinski, 66 ss.). Similiter senserunt Scotus, Toletus, alii (Galtier, p. 260, n. 330).

Quae sententia, et non paucae similes, ex theoria cognitionis proveniunt. Fieri non potest ut scientia beata sit actus intelligendi, ut intelligatur divina potentia, et simul non intelligantur ea ad quae se extendat divina potentia. Sed facillime fieri potest ut beata scientia concipiatur, non ut actus intelligendi, sed ut ~~descrivo~~ <sup>uti ipse opinor,</sup> quae visio, intuitio, inspectio, cognitio; et tunc <sup>sine</sup> fundamento vel freno vagatur speculatio.

12. Ignorantiam in Christo homine docuerunt Lutherus, Calvinus, Zwinglius. Qui Christum esse Deum negaverunt rationalistae, eundem erroribus on obnoxium fuisse non dubitaverunt. Liberales, qui valores Christianismi salvare dogmata autem omittere volebant, peculiaaria sua problemata modo suo agitabant.

13. Ab inito saec. XIX querelae inter catholicos audiebantur: rem non constare; non satis probatam esse; contra apertam scripturarum doctrinam de profectu Christi (Lc 2, 52) et de ignorantia Christi (Mc 13, 32) proponi; cum passione beatam scientiam, cum libertate futurorum cognitionem, cum merito visum Dei splendorem componi non

Augustinus, De diversis quaestionibus LXXXIII, 60: Cum [Deus] dicitur nescire, aut pro eo dicitur quod non approbat, id est, in disciplina et doctrina sua non agnoscit, sicut dictum est: Nescio vos [Mt 25, 12], aut pro eo quod utiliter nescientes facit quod scire inutile est. Ideo bene accipitur id, quod dictum est solum scire Patrem [Mt 24, 36], sic dictum esse, quia facit Filium scire, et quod dictum est nescire Filium, sic dictum esse, quia facit nescire homines, id est, non prodit eis quod inutiliter scirent. ML 40, 48. RJ 1555.

Permulta loca S. Augustini de scientia Christi eo tendunt ut omnem realem ignorantiam a Christo homine excludant. Quae tamen ignorantia ~~est~~ saepius "moralis" est, scilicet, <sup>cum</sup> ~~quae~~ peccato vel peccabilitate connectatur; et ubi ignorantiae negatio omniscientiam quamdam importat, ibi saepius non constat utrum de Christo qua Deo an de Christo qua homine agatur. Unde negavit Dubarle Augustinum positive docuisse Christum hominem durante vita sua mortali visione beata gavisum esse, vel omnium quamdam scientiam habuisse. Cui non consentit T. van Bavel, op. cit., cap. VI; sed sine longiori exegesi diversorum locorum sua sententia non exponitur. Vide ergo eum, Lebreton, Gutwenger (p. 96 s.).

Quam doctrinam et communiter repetebant subsequentes theologi et supposuit Pius XII (DB 2289, DS 3812 et 3924); aliam vero tuto doceri posse approbante Benedicto XV negavit Sacr. Off. (DB 2183-85, DS 3645-47).

Attamen a multis sentiuntur difficultates eaeque graviores

Sensus theses

Aliter aliis temporibus de scientia Christi actum est. Nam aetate patristica ita evolvebantur dogmata christologica fundamentalia ut etiam ~~quaereretur~~ num Christus quidquam ignoraverit. Quae quidem quaestio non uno sensu eodemque semper contextu ponebatur, sed modo ad scripturas intelligendas et exponendas, modo ad errorem Arii excludendum, modo Apollinistarum, modo Nestorianorum, modo ad intimam et impeccabilem Christi vitam penetrandam, modo ad revelatorem et prophetarum Dominum tuendum. Quod si alius apud alios fuit exactus huius quaestionis sensus, praetereundum non est ipsa responsa non ex technica praecisione posterioris dogmatis processisse sed potius suis temporibus congruisse quam omnibus nostris desideriis satis fecisse. Attamen, etsi minime desint quae vel dubia esse videantur vel ulteriori adhuc investigatione indigeant, haud dubitari potest qualis pedetentim tam inter Latinos quam inter Graecos efformatus sit <sup>communiter</sup> consensus vel quid <sup>in variashen</sup> post initium saeculum septimum in Ecclesia diceretur

quam inter Graecos efformatus sit consensus, Christum nempe etiam hominem ignorasse nihil.

Quam ex Patribus theologi mediaevales acceperunt doctrinam, eamdem systematice elaboraverunt. In primis docuerunt Christum hominem Patrem suum scivisse non in speculo et aenigmate sed facie ad faciem sicut et beati. Quo ex fundamento doctrinam patristicam et traditionalem concluserunt: sicut Deus Pater se immediate et caetera omnia mediate cognoscit, ita Christus homo ita immediate Deum Patrem cognovit ut mediante divina essentia res creatas omnes perspiceret. Quibus et tertium addiderunt: sicut enim Adamo originaliter iusto infusam scientiam attribuebant, ita etiam in

Adamo novissimo scientiam infusam longe excellentiorem agnoscendam esse censuerunt. Accessit denique quartum, nam S. Thomas contra caeteros theologos atque se ipsum iuniorem in Summa theologiae etiam scientiam naturaliter acquisitam Christo homini attribuit.

Quod tamen medio aevo et profunde et cohaerenter excogitatum est, quod a posteris theologis omnibus repetitum est, nostra aetate obscuritatibus et difficultatibus scatere reputatur. Cuius rei causa principalis, uti mihi videtur, nihil aliud est quam mutatus status quaestionis. Quae enim hodie quaerimus, eadem medio aevo non considerabantur. Quae autem medio aevo stabilita sunt, ad hodiernas quaestiones solvendas non directe applicantur applicari possunt. Aliud enim est diversas distinguere scientias et singulas describere; aliud autem est distinctas et descriptas ad dynamicum unius conscientiae unitatem reducere. Aliud est de habitibus cogitare eosque ad actus possibles referre; aliud autem est de actibus cogitare eosque tum inter se tum cum reliquis vitae actibus ordinare. Aliud est de interna animae perfectione determinare; aliud autem est concretam hominis vitam in sua historicitate apprehendere. Sane nihil prohibet quominus utrumque fiat; sed utrumque simul fieri non potest; et multo minus fieri potest ut thesin ex alia parte status <sup>ita ut</sup> et tamen difficultates exortas ex parte opposita ~~solvas~~ difficultates breviter et dilucide solvas.

Quam ob causam, et si in priori editione aliter processerim,  
ad schoolion remitto quemque habitualem perfectionem intellectus  
Christi respiciant, ut thesin de actibus Christi cognoscitivis  
status

Quam ob causam, et si in priori editione aliter processerim,  
ad schoolion remitto quemque vel habitualem animae perfectionem  
respiciant vel munus Christi qui angelorum sit caput, ut ad  
vitam eius humanam his in terris paraetem

Quapropter, scientiam Christi dividimus in divinam et humanam; humanam dividimus in ineffabilem ineffabilem comprehensoris et effabilem viatoris; effabilem dividimus secundum actus supernaturales et naturales. Quibus in omnibus consideramus non Dominum resuscitatum et angelorum etiam caput sed ~~hominem~~ Filium hominis moriturum; neque habitus consideramus actusque possibles, sed eos tantum actus quos Christus homo hac in vita elicuit. Cuius considerationis illud est emolumentum quod, sicut facilius quaeritur, ita facilius respondetur de iis quae unitatem et historicitatem conscientiae Christi humanae respiciant. Ne tamen cuiusdam videatur mutatum quaestione statum doctrinam mutatam importare, ad scholium remittimus quae habitualiter mentis perfectiorem et vitam caelestem pertineant. statim addimus supernaturales actus ex scientia infusa elici, naturales actus ad scientiam acquisitam pertinere, convenienter denique in scholio tractari posse quae de vita Christi caelesti et de eius scientia ad modum animae separatae sciantur.

Status quaestionis

Aliter aliis temporibus de cognitione Christi actum est. Nisi saeculo septimo non est evoluta fundamentalis illa doctrina christologica quae unam personam, duas naturas et proprietates, duas naturales operationes et voluntates distinxit. Nisi medio aevo non est formata theoria cognitionis satis profunda simul ac satis accurata ut clare exacteque concipientur scientia divina et scientia humana, immediata Dei cognitio, habitus scientiae infusi, et quam habemus plus minus omnes scientia homini naturalis. Nisi recentius non ponebantur quaestiones magis concretae quae doctrinam traditionalem vellent reconciliatam cum exigentibus theologiae biblicae, tum cum unitate atque historicitate conscientiae humanae.

Uti manifestant specimen infra in parte tertia argumenti adducta, Patres, etsi non unice, praecipue tamen mentem suam aperiebant cum perplexi ignorantiam Filii (Mc 13, 32) tractarent; et sicut tum temporis evolvebatur ipsa christologia, ita alius et alius intendebatur finis, subaudiebatur contextus, proponebatur solutio. Irenaeus, ex cum symbolicas Gnosticorum impugnaret interpretationes scripturae, ignorantiam Filii simpliciter professus est. Origenes biblicus miratus est ~~Extramundum~~ Filium quidquam a Patre celari; saltem resuscitatum Filium diem iudicii scire opinatus est; et ad intelligendas interrogaciones Filii in NT, interrogaciones Dei in VT adduxit. Ubi Ariani ignorantiam Filii contendebant creaturam demonstrare, Athanasius hanc ignorantiam non Verbo sed carni attribuebat; Basilius autem "ignorare" causaliter intellexit ut sensus sit "alios scire non fecit"; Nazianenus utramque interpretationem proposit, Chrysostomus non minus diem et horam quam ipsum Patrem asseruit Filium scire. Ubi autem

~~Apollinaristae unam personam, unam naturam, unam operationem docerant.~~

utramque interpretationem proposuit; Chrysostomus rhetorice quaesivit num Filius Patrem novisset et diem iudicii ignoraret.

Christi hominis ignorantiam Eustathius Antiochenus, eiusdem proficientem sapientiam Epiphanius docuerunt. Contra Apollinaristas qui unam personam, unam naturam, unam operationem propugnabant, scientiam Deo, ignorantiam et profectum homini ita attribuebant Diodorus Tarsensis, Theodorus Mopsuestenus, Theodoreetus Cyrensis ut unum subiectum non satis salvasse iudicarentur. Sed in partem contrariam contra Nestorianos tendebat Cyrillus Alexandrinus ut saepe ignorantiam in apparentiam et profectum non in Christo sed in adstantibus Christum melius cognoscentibus saepe reduceret. ignorantiam in apparentiam reduceret et proficiatiam proficientem sapientiam non in Christo sed in adstantibus melius Christum cognoscentibus poneret. Quem se sequi dictantes Monophysitae mox alii aliter senserunt: Galianitae enim corpus Christi naturaliter impassibile et miraculose passum, Theodosiani corpus naturaliter passibile sed mentem omnis defectus expertem, Agnoitae denique in ipsa mente ignorantiam posuerunt. Sed reprobatis Agnoitis tum in Oriente tum a Gregorio Magno (DB 248, DS 476), Hilarius, Auctor de Sectis nominari solet, ultimus esse reputatur (Lebreton, p. 438) post ignotum historicum, qui Auctor de Sectis nominari solet, alium inter Patres graecos non agnoscit Lebreton (p. 548) qui simpliciter diceret Christum hominem ignorantem.

Condemnationem Agnoitarum a Gregorio M. praeparaverunt doctores latini. Hilarius ignorantiam a Christo arcebat; Ambrosius ita divinam scientiam defendebat ut profectum humanum ~~procuraret~~ agnosceret; Melania Hieronimus in infante divinam scientiam.

agnosceret; Hieronymus negat infantilem aetatem divinae ss sapientiae praeiudicasse et in Christo absconditos scientiae thesauros affirmavit; Augustinus ignorantiam in Christo homine semper negavit et certo omnem ignorantiam cum peccabilitate connexam prorsus exclusit; Leporius retractavit priorem suam sententiam Christum hominem ignorasse; Fulgentius Rusensis tamen tanta per humanitatem quanta per divinitatem sciri affirmavit etsi alio modo minusque perfecte ab humanitate; X Vigilius, R. P., revelationem Christo homini tamquam alteri factam damnavit (DS 419) et tria ex capitulo contra Theodorum, Theordoretum, et Ibam approbavit (DB 224 ss., DS 434 ss.).

Post damnatos Monenergetas et duas distinctas operationes divinam et humanam, clarius et distinctius proponi poterant quaestiones et modo magis solido solvi. Donec tamen theologia ~~mutantur~~ mutauit academice et scientifice excolleretur, donec ipsa ordinaria humana cognitio accurate investigaretur ut exacter formari possent analogiae ad scientiam divinam, beatam, infusam concipiendas, parum proficebatur. Quae saeculo quinto docuit Fulgentius, similia apud Maximum Confessorem, apud Ioannem Damascenum, apud Hugonem Victorinum, apud Petrum Lombardum invenies.

Medio aevo haec fere debemus: (1) Christum hominem Patrem suum scire non in speculo et aenigmate sed facie ad faciem sicut et beati; (2) sicut Deus Pater non solum ipse se sed caetera omnia sciat, ita Christum hominem cognoscendo Patrem consequenter ab rerum creatarum ignorantia esse immunem; (3) sicut Adamo originaliter iusto, ~~attribuatur scientia infusa, ita Christo homini~~ ita Christo homini attribui scientiam infusam eamque longe perfectiorem; (4) ex p[ro]pt[erea] posteriori sententia S. Thomae etiam scientiam ~~acquisitam~~ non infusam sed modo humano acquisitam in Christo homine agnosci.

De analogia scientiae

sciam

Quas quatuor in Christo distinguimus scientias, unam quidem immediate cognoscere possumus, caeteras vero nisi mediate, analogice, imperfecte non apprehendimus. Quam ob causam, de ipsa hac mediatione et analogia aliquid dicendum esse videtur, ne obscurior iudicetur thesis, imo ne monstrum quoddam psychologicum fingatur et Christo Domino a male intelligentibus imponatur.

1. Scientia humana naturaliter acquisita.

Quae est,  
Cognitio, non uno actu peracta, sed multis et diversis inter se adunatis composita. Incipit enim a sensibilibus vel etiam ex datis conscientiae internis; procedit per admirationem, inquisitionem, intelligentiae augmentum, formationem conceptionum, definitionum, hypothesium, theoriarum; terminatur ad reflexionem criticam, evidentiae evaluationem, iudicium de vero et falso, de certo et probabili.

Cognoscere de partibus et  
Cognitio, ergo dupliciter dicitur: uno modo, generice, et sic sentire est cognoscere, intelligere est cognoscere, iudicare est cognoscere; alio modo, specificè de cognitione quam homo solusque homo habet, et sic non habetur cognitio nisi per in unum componuntur experientia, intelligentia, et affirmatio seu negatio.

2. Scientia humana acquisita et vita humana.

Caetera animalia ~~etiam~~ recenter nata mox omnes operationes vitae eo fere modo peragunt ac eiusdem speciei animalia adulta. Sed parvuli humani ita initio in omnibus sunt adiuvandi ut nisi pedentim per dies, per menses, per annos ~~hinc~~ non addiscunt proprii corporis motus et diversorum motuum combinationes atque coordinationes. Quod tamen ad ipsam hominis excellentiam vergit, quippe qui simul mente et corpore addiscit ut corpus mentis instru-

mentum evadat quam maxime accommodatum atque coniunctum. Unde et homines fere infinita suis corporibus suisque membris peragere possunt, quorum vel minimam partem ~~naturam maximam hinc non videntur~~ caetera animalia vix doceas. Circa evolutionem psychologicam parvulorum videsis multa et praeclara opera J. Piaget.

Non ergo seorsim corpus humanum, seorsim anima intellectiva addiscit; sed sicut composita est cognitio specifica humana, pariter composita est addiscentia humana. Eo ergo modo crescunt corpus sensusque humani ut fines prosequantur non tantum corporales et sensibiles sed etiam intellectu perspectos et voluntate electos. Et omnino pariter eo modo augetur et perficitur humana intelligentia, non quasi opus quoddam suum et proprium independenter a corpore sensuve faciat, sed tamquam spiritus incarnatus qui nihil umquam immediate intelligit nisi quod per sensum vel phantasiam iam sibi praesens reddit. Sum. theol., I, q. 84, a. 7.

Quam intime vero operationes corporales, sensitivae, intellectuales inter se connectantur mutuoque dependeant, eo clarius perspicimus tum ipsas scientias tum etiam quo plenius investigamus loquela et linguarum differentias, symbola, caerimonias, ritus, artes tam utiles quam liberales, intersubiectivitatem, et huiusmodi. Neque a nobis praetermittendum est hac in valle lacrimarum ipsum spiritum humanum ad perfectionem suam laboribus corporis et doloribus accedere; nam Christus homo per passionem perfectus est (Heb 2, 10); ex iis quae passus est, didicit oboedientiam (Heb 5, 8; cf. 4, 15). Videsis J. Coste, Notion grecque et notion biblique de la souffrance éducatrice, A propos de Héb 5, 8, Rech. sc. & rel., 43(1955), 481-523.

### 3. Cognitio humana experimentalis et academica.

Cognitionem humanam dicimus experimentalem quae ex ipso usu vitae humanae acquiritur et in ipsum vivendi modum plus minus directe influit; academicam autem dicimus quae in modum vivendi neque

necessario neque directe influit. Omnes nos aliquando neque ambulare neque loqui neque ipsos vestibus induere poteramus; quae quidem et sescenta alia didicimus, neque solo intellectu, neque corpore et sensu sine intellectu, sed ~~numeris~~ operationibus simul corporalibus, sensitivis, et intellectivis; quae nisi didicissemus, etiam hodie modo infantili eoque solo ageremus. Sed praeter haec fere innumera, quae ad cognitionem humanam experimentalem pertineant, ~~num~~ etiam alia <sup>now</sup> didicimus quae directe in ipsum concretum agendi modum ~~non~~ influant, cum potius fines respiciant actionesque utiliores a minus utilibus vel vanas distinguant. Quae academicae cognitionis obiecta dici possunt, cum eiusmodi sint quae in scholis ~~modum~~ addiscantur, et praesertim in scholis altioribus.

#### 4. Cognitionis humanae duplex cognitio.

Cum omnes operationes cognoscitivae etiam conscientiae ~~num~~ sint, nemo potest quidquam cognoscere quin se cognoscere quodammodo cognoscat. Unde et omnes opinari solent ~~se~~ manifeste se cognitionem cognoscere, et ideo nihil ~~habet~~ hac de re iis esse addiscendum.

Quod, si cognoscere generice sumitur, omnino verum est: ipsa enim data conscientiae in genere cognitionis sunt; et cum omnis cognoscens conscientie cognoscat, omnis cognoscens ~~cognitionem~~ cognitionis cognitionem generice dictam habet.

Sin autem cognoscere specifice sumitur, tunc ~~se~~ interna cognitionis experientia, eaque sola non cognitio est sed cognitionis pars; cui accedere debet investigatio, quibusnam operationibus cognitionis humana constituatur, quemadmodum haec operationes inter se connectantur, quotupliciter soleant homines vel ad cognoscendum vel ad errandum pervenire.

Proinde, ut scientiam divinam, beatam, infusam analogice cognoscamus, a nostra cognitione incipiamus necesse est. Nihil enim analogice cognoscitur, nisi aliud prius immediate cognitum est. Neque clara et distincta esse potest cognitio analogica, nisi clare et distincte cognoscitur analogiae fundamentum.

Quae quidem maxime obvia esse videntur, neque ideo tamen inutiliter dicuntur. Non enim aliam radicem habere videntur vel diversae de scientia Christi sententiae, vel difficultates graviores quae hac de re moventur, quam parvos illos in principio errores qui in fine magni fieri soleant.

##### 5. Analogiae fundamentum.

In cognitione specificè humana, uti diximus, multae et diversae concurrunt operationes. Qui enim experitur quae non intelligat, is non tam cognoscit quam stupet. Qui non experta sed imaginata intelligit, potius ingenium demonstrat quam ad cognitionem accedit. Qui ita experitur ut experta intelligat quin bene iudicat, vel mentalitate mythica fertur, vel dubitat, vel errat.

Iure ergo quaeritur utrum omnia ~~haec~~<sup>cognitionis humanae</sup> elementa simul sumenda sint, an ~~multa~~<sup>haec</sup> alia sint praetermittenda et alia eligenda, an forte unum quoddam sufficiat, ut fundamentum principiumque ponatur unde ad scientiam divinam vel beatam vel infusam analogice cognoscendam procedi possit.

Et respondetur unum sufficere, illum nempe actum quo intelligimus. Quem actum sedulo distingues tum ab actibus sentiendi et imaginandi, tum ab admiratione et inquisitione, tum a conceptione et definitione, tum a reflexione critica, ab evaluatione evidentiae, et a iudicio.  
*selectionis*

Cuius ratio est quod caeteri actus cognoscitivi propter actum intelligendi fiunt, ipse autem intelligendi actus est propter se. Alii enim actus actum intelligendi praeparant: et eiusmodi sunt

experiri, admirari, imaginare, inquirere, investigare; experimur enim et imaginamus ut id habeamus in quo intelligamus; admiramur autem et investigamus ut actu intelligamus. Caeteri vero actus fiunt ut determinetur utrum recte intellexerimus: ita ~~adixit~~ concipimus et ~~dixit~~ definimus ut ex parte obiecti sistatur quod intelligendo perspeximus; reflectimur autem et evidentiam ponderamus ut iudicare possimus utrum ~~magis~~ ulterius sit inquirendum an contenti esse possimus cum eo quod iam intellectum est.

*Quae cum ita sint, debet alium intellectum humano longe perfectionem consideramus*  
*analogiae regulam rationemque*  
*Quibus perspectis, aliud concludes: quo perfectius est intelligere,*  
*eo magis ipsum sibi sufficit, et eo minus aliis actibus vel*  
*praeparatoriis vel subsequentibus indiget.*

## 6. Scientia divina.

Cum in Deo desit pars sensitiva, in eo poni non possunt experita et imaginata in quibus intelligit. Quod ergo a Deo intelligitur, non intelligibile in sensibilibus est, sed intelligibile quoddam purum atque separatum.

Praeterea, quia res corporales in sensus nostros agunt, et quia intellectus noster non perspicit nisi ~~sensim~~ intelligibile in sensibilibus, ideo nos primo alias res intelligimus et nisi postea per introspectionem quandam in nos ipsos intelligendos non pervenimus. Sed Deus, qui sensus non habet, et in quem non aguntur res corporales, primo se ipsum intelligit et, mediante hac sui intelligentia, alia quasi consequenter intelligit.

Praeterea, sensus in actu est sensibile in actu; sed aliud est sensus in potentia, aliud sensibile in potentia. Similiter, intellectus in actu est intelligibile in actu; sed aliud est intellectus in potentia et aliud intelligibile in potentia. Quam ob causam, quia ipsi sumus potentiales, aliud ipsi sumus, aliud est nostrum intelligere, et aliud denique est quod primario intelligimus. Sed in Deo nulla est potentialitas, et ideo omnibus modis idem in Deo est tum ipse Deus, tum intellectus qui intelligit, tum intelligere quo intelligit, tum intelligibile quod primario intelligit.<sup>ut</sup> Sum. theol., I, q. 14, aa. 2 - 4.

Praeterea, propter hanc in Deo identitatem, ~~supradictum~~ nulla est ratio nobis naturaliter cognita cur Deus definiat quod intelligat, et super definitum reflectatur, et evidentiam definiti ponderetur, ut ~~ipso~~<sup>ipso</sup> iudicet utrum ~~sufficienter~~<sup>se</sup> intellexerit.

Praeterea, noster intellectus, ubi unum intellexit, ad aliud intelligendum discurrendo procedit; peracto autem discursu non alio actu intelligit antecedens et alio actu consequens, sed utrumque unico quodam actu magis comprehensivo intelligit. Sed Deus non est in potentia ad augmentum intelligentiae, et ideo unico quodam intelligendi actu comprehensivo omnia intelligit. Sum. theol., I, q. 14, a. 7.

Praeterea, cum in Deo idem sit tum essentia tum potentia tum voluntas, fieri non potest ut Deus intelligat suam essentiam quin suam potentiam ~~et~~ suamque voluntatem intelligat. Neque sua potentia intelligitur nisi omnia intelliguntur ad quae se extendit sua potentia; neque sua voluntas intelligitur nisi omnia intelliguntur ad quae se extendit ~~et~~ sua voluntas. Quia ergo Deus perfecte se ipsum intelligit, eo ipso omnia possibilia et omnia actualia perfecte cognoscit. Sum. theol., I, q. 14, aa. 5, 6, 8, 10, 11, 13.

Divina ergo scientia, prout analogice secundum nostrum intelligendi actum apprehenditur, est actus intelligendi illimitatus, quo Deus se ipsum comprehendit et, mediante se ipso, omnia possibilia omniaque actualia perfecte cognoscit. Sum. theol., I, q. 14.

Quae quidem conclusio S. Thomae ab omnibus theologis catholicis communiter asseritur; sed solummodo ab iis intelligitur qui expresse analogiam sumant ex proprio intelligendi actu intus experto. Qui enim a vaga quadam cognitionis ratione incipiunt, ad vagam cognitionis assertionem ~~divinam~~ perveniunt; qui ex visione oculari incipiunt, ad oculum spiritualem sese videntem ~~et~~ concludunt; qui ex conceptibus incipiunt, ~~et~~ platonicum quendam idearum mundum statuunt, ~~et~~ ultra quem Deum agnoscunt incognoscibilem, ineffabilem, ipsam idearum ideam vel fontem.

#### 7. De differentiis scientiae divinae et humanae.

~~Quae~~ ~~sunt~~ ~~differentiae~~ ~~non~~ ~~aliae~~ ~~sunt~~ ~~se~~ ~~ipsae~~ ~~quaes~~ ~~in~~ ~~analogica~~  
~~apprehensione~~ ~~divinae~~ ~~scientiae~~ ~~superius~~ ~~determinavimus!~~

Quas superius differentias diximus ut divinam scientiam analogice apprehendamus, easdem nunc repetimus modo tamen magis technico, ~~et~~ ~~que~~ facilius in subsequenti argumento ad eas recurramus.

Obiectum immediatum. Differunt id quod a Deo et id quod a nobis immediate intelligitur. Immediate enim Deus intelligit intelligibile separatum a materia idque infinitum. Immediate autem nos non intelligimus nisi intelligibile in sensibilius.

Obiecta mediata. Mediante sua potentia Deus intelligit omnia possibilia, et mediante sua voluntate Deus intelligit omnia actualia. E contra, nos Deum vel angelos non cognoscimus nisi mediantibus rebus materialibus.

Medium cognitionis mediatae. Cum nihil sit possibile nisi Deus possit id facere, divina potentia est medium perfectum ad omnia

possibilia cognoscenda; et cum nihil sit actu nisi Deus id actu esse velit, divina voluntas est medium perfectum ad omnia actualia cognoscenda.

Sed medium nostrae cognitionis mediatae est intelligibile in sensibilibus; quod qua medium dupliciter deficit. Primo, enim, intelligibile in sensibilibus intrinsece ad sensibilia et materialia refertur; sed intelligibile divinum vel angelicum est separatum a materia; et ideo a nobis nisi analogice non attingitur. Nam "quantumcumque intellectus noster abstrahat quidditatem rei materialis a materia, numquam perveniet ad aliquid simile substantiae ~~numquam~~ immateriali." Sum. theol., I, q. 288, a. 2 ~~ad fin.~~ c. ad fin. idem est quod erat; Quod enim abstrahitur, intelligibile in sensibilibus ~~sempore ente~~ et eiusmodi numquam est substantia immaterialis. Sed ulterius omne intelligibile in sensibilibus finitum est, sed intelligibile divinum est infinitum; et ideo medium nostrum quam maxime deficit ab intelligibili divino, "quia inter creatorem et creaturam non potest similitudo notari, quin inter eos maior sit dissimilitudo notanda" DB 432, DS 806.

Rerum materialium cognitio mediata et immediata. Diximus Deum ~~maxime~~ omnia possibilia et actualia perfecte cognoscere, mediante scilicet sua essentia quae est sua potentia suaque voluntas. Quod est intelligibilia in sensibilibus cognoscere, non per intelligibilia in sensibilibus, sed per intelligibile et separatum et infinitum. Sicut ergo nostra analogica Dei cognitio a proportione divinae intelligibilitatis quam maxime deficit, ita divina rerum materialium cognitio harum rerum intelligibilitatem quam maxime excedit. <sup>1</sup> Quod res ut exacte intelligatur, notanda sunt tria.

Non requiritur huiusmodi excessus ut singulae res materiales seorsim intelligantur. Rei enim materiali cognoscendas proportionantur sensus intellectusque humanus ut res qua materialis sensibus, qua

intelligibilis intellectu, cognoscatur.

Proinde, duplii de causa humana cognitio deficit ubi omnes simul res materiales cognoscere vult: nam primo deficit sensus vel imaginatio a simultanea repraesentatione omnium rerum materialium; deinde vero rerum materialium determinationes concretae ex contingentibus earum actionibus passionibusque oriuntur; quae omnes per modum unius non intelliguntur nisi per intelligibile quoddam unum; neque aliud est unum intelligibile, in quo omnes contingentes actiones passionesque perspici possunt, nisi ipsa divina essentia, potentia, voluntas. Quam ob causam, etsi nos res materiales non determinate cognoscimus nisi pauciores, et non complures simul cognoscimus nisi modo minus determinato, Deus tamen per intelligibile separatum et infinitum omnia simul perfecte cognoscere potest.

*media et*

Denique divina cognitio rerum materialium nisi analogice a nobis cognosci non potest. In nostra enim cognitione aliquid simile habetur, quatenus diversis mediis idem cognoscere possumus. Faber enim per artem fabrilem, sicut scanna lectos aliaque eiusmodi facere intelligere potest, ita eadem potest; et qui scientiam mechanicam didicit, ipsam artem fabrilem et intelligere et perficere potest; et qui theoriam quantisticam didicit, ipsam scientiam mechanicam tamquam casum quendam particularem intelligere potest samque, ubi alias exsurgit casus, corriger. Per tria ergo media, per artem fabrilem, per scientiam mechanicam, per theoriam quantisticam, eadem intelliguntur; quo altius est medium, eo plura sunt quae intelligi possunt; sed ubi medium superius idque solum adhibetur, ibi ab ordinario rerum usu humano receditur.

~~Sei intelligibile divinum est medium supremum quo omnia possibilia et actualia, sive materialia sive spiritualia sunt, perfecte cognoscuntur~~  
~~Sed haec tria quae diximus media tangent omnia intra genus intelligibilem~~

Sed haec tria quae diximus media iacent omnia intra genus intelligibilium in sensilibus; et ideo nisi analogice non fundant cognitionem illius supremi medii quod est intelligibile divinum, separatum atque infinitum, quo omnia possibilia et actualia simul cognoscuntur perfecte.

De modo actus divini et humani. Hactenus non actus ~~magis~~ comparavimus sed obiecta intelligibilia eaque immediata et mediata. Sed ~~et~~ etiam ad diversitatem in ipsis actibus intelligendi attendendum est, et quidem ad diversitatem in modo cognoscendi, in modo vivendi, et in modo faciendi.

Quoad modum cognoscendi, divinus intelligendi actus unicus et infinitus est tota divina cognitio. Sed in nobis non solum multi sunt intelligendi actus, non solum pedentim acquiruntur et perficiuntur, sed etiam ipsi singuli ~~non~~ <sup>cognitionem</sup> ~~actum cognoscendi~~ <sup>a</sup> humanum sed partem eius constituunt. Non enim per solum intelligendi actum quidquam cognoscimus cognitione specifice humana; sed simul in unum componi debent et experientia et intelligentia et iudicium ut rem materialem actu existentem cognoscamus.

Quoad modum vivendi, sicut Deus unico actu intelligit, ita etiam unico actu est et vivit; in Deo enim idem est esse, intelligere, velle, beateque vivere. Sed nos esse possumus quin intelligamus; intelligere possumus quin ~~magis~~ ~~efficitur~~ efficaciter velimus; velle possumus quin beate vivamus. Sicut ergo in homine intelligentia non est nisi pars cognitionis, ita ipsa cognitio non est nisi pars vitae.

Quoad modum faciendi, denique, uno eodemque actu Deus potest omnia possibilia <sup>potest</sup> facere, et omnia actualia actu facit. E contra, sicut nos non cognoscimus nisi simul et sensu et intellectu utimur, ita non facimus nisi simul intellectum, sensu, corpusque adhibemus. Quare, ars fabrilis, vel ars theologiam docendi, non minus ~~mankindum~~

sanum corpus quam mentem sanam exigit; sicut enim faber non sola mente sed etiam manibus laborat, ita etiam theologus non sola mente sed etiam voce scriptisque docet.

Corollarium. Unde concludes, Deus, etsi omnia perfecte cognoscit et omnia prorsus non agere possit, faciat.

Corollarium. Unde concludes <sup>1</sup> divinam scientiam, etsi omnia perfecte cognoscat et omnium causa sit, non ideo tamen esse proximum principium vel cognoscendi vel vivendi vel faciendi secundum modum humanum. Qui enim modo humano cognoscit, aliter cognoscit ac Deus; qui modo humano vivit, aliter vivit ac Deus; qui modo humano facit, aliter facit ac Deus.

Quare quam superius diximus cognitionem humanam et experimentalem, Deus quidem et cognoscit et facit, sed talem cognitionem ipse non habet; eiusmodi enim cognitione esse non potest nisi in eo qui corpus sensusque habet, qui modo humano vivit, ~~et~~ qui ex ipso usu vitae humanae pedentem didicit.

Iterum, quam superius diximus vel artem fabrilem vel artem docendi ~~quoniam~~ vel quamlibet aliam humanam artem, Deus utique et cognoscit et facit, sed eiusmodi Deus non habet. Per scientiam divinam habet Deus artem divinam creandi, conservandi, <sup>et</sup> omniaque gubernandi; sed qui artem fabrilem habet, corpus sensusque habeat necesse est, et eo modo intelligere debet quo ipsa sua intelligentia <sup>immediate</sup> ~~nisi~~ intelligibile in sensibilibus ~~non~~ capit; Deus autem sensibus et corpore caret neque intelligit nisi mediante ipso supremo atque infinito intelligibili quod ipse est.

Corollarium aliud. Cum mox dicturi sumus scientiam beatam esse ad modum scientiae divinae, mox concludendum erit scientiam beatam non sufficere ut quis actu habeat cognitionem humanam experimentalem vel artem humanam sive faciendi sive docendi.

8. Scientia beata qua mentem cognitio.

Nominari solet scientia beata illa cognitio quae in vita futura iustis promittitur ut, scilicet, Deum cognoscant non per speculum in aenigmate sed facie ad faciem, non ex parte sed sicut <sup>ipsi a Deo</sup> cogniti sunt. ~~Exx~~ 1 Cor 13, 12; cf. 1 Io 3, 2; DB 530; DS 1000.

Quae cognitio dupliciter considerari potest: uno modo, quatenus cognitio est, et sic nunc proceditur; alio modo, quatenus ad beatitudinem vitae aeternae pertinet, et sic postea.

Primo, ergo, haec beata scientia est cognitio Dei immediata in intellectu creato recepta. Nam omnis cognitio Dei mediata <sup>Dei cognitio</sup> fit mediante alio quod non est Deus, quod ergo creatum atque finitum est. Sed ubi cognitio Dei fit mediante aliquo creato et finito, ibi non habetur nisi cognitio analogica eaque necessario imperfecta atque partialis. Relinquitur ergo ut immediata sit illa Dei <sup>, ut dicit Apostolus,</sup> cognitio quae non est ex parte sed sicut cogniti sumus, non per speculum in aenigmate sed facie ad faciem.

Deinde, qualis est species, tale est obiectum immediate cognitum. Sed Deus non est finitus. Et ideo Deus immediate cognosci non potest per speciem creatam et finitam. Relinquitur in creatura ergo ut non fiat immediata Dei cognitio nisi ipsa divina essentia intellectui creato sese ~~coniungat~~ coniungat, tamquam intelligibile in actu quod intellectum facit esse in actu. Sum. theol., I, q. 12, aa. 2 et 4.

Tertio, divinae perfectionis alia est participatio et alia est communicatio. Et participatio quidem divinae perfectionis in omnibus creatis et finitis invenitur; sed communicatio divinae perfectionis dicit ipsum infinitum alteri traditum. Quod fit tum modo infinito, tum modo finito. Et modo infinito fit in ~~aeternitate~~

necessariis atque aeternis processionibus divinis, quatenus ipsa divinitas communicatur a Patre in Filium et a Patre Filioque in Spiritum sanctum. Modo autem finito fit tum substantialiter tum accidentaliter: substantialiter enim fit quatenus Deus Filius fit hic homo; accidentaliter ~~enim~~ vero fit tum hac in vita tum in vita futura; hac in vita quatenus iustis datur donum increatum, ipse Spiritus sanctus; in vita futura, quatenus ipsa divina essentia intellectui creato coniungitur ~~est~~ tamquam intelligibile in actu ~~quod~~ ~~possidens~~ intellectum creatum ~~inactus~~ ~~est~~ facit actu intelligentem.

~~Quarto, etsi necessaria et aeterna divinae perfectionis communicatio terminus ad extra convenientem non exigatur,~~

Quarto, terminus ad extra conveniens, etsi nullatenus ~~admittatur~~ ~~existat~~ in necessaria et aeterna divinae perfectionis communicatio, omnino tamen exigitur ubi communicatio est contingens. Quare, sicut ad unionem hypostaticam sequitur actus absolute supernaturalis in essentia Christi humana receptus, sicut ad donum increatum Spiritus sancti sequitur gratia sanctificans quae iustis inhaeret, ita ad divinam essentiam intellectui creato coniunctam sequitur in illo intellectu lumen gloriae. Sum. theol., I, q. 12, a. 5.

Quinto, lumen gloriae, sicut est contingens terminus ad extra, ita etiam creatum atque finitum est. Ulterius, quia substantialis non est sed accidentalis, secundum plus et minus habetur. Quare, lumen gloriae aliam in alio intensitatem admittit.

Et ideo scientia beata, etsi semper sit cognitio divinae essentiae per ipsam divinam essentiam, gradus admittit ut aliis alio perfectius Deum immediate cognoscat. Sum. theol., I, q. 12, aa. 5 et 6.

Sexto, quia tamen lumen gloriae creatum est atque finitum, facere non potest ut beati perfectione infinita Deum cognoscant.

Deus ergo se ipsum secundum totam suam cognoscibilitatem comprehendit; sed beati, etsi divinam essentiam per divinam essentiam cognoscant, tamen lumine finito cognoscunt et ideo divinam essentiam non comprehendunt. Sum. theol., I, q. 12, a. 7; cf. <sup>q.</sup> 14, a. 3; III, q. 10, a. 1.

Septimo, sicut Deus comprehensa sua essentia, potentia, voluntate omnia possibilia et omnia actualia perfecte cognoscit, ita beati intellecta divina essentia, potentia, voluntate, aliqua e possibilibus et actualibus intelligunt, et alius quidem plura et perfectius, alius autem pauciora minusque perfecte. Quae beatorum cognitio possibilium et actualium nominari solet "cognitio in Verbo." Sum. theol., I, q. 12, a. 8; III, q. 10, aa. 2 - 4.

#### 9. Scientia Beata et beatitudo.

~~Scientia dicitur beata vel specifice vel formaliter. Et~~  
~~specifice dicitur ut ab alia cognitione Dei distinguitur. Formaliter~~  
~~autem dicitur beata quatenus beatifica est, nempe, quatenus habetur~~  
~~tamquam primum principium unde caetera bona vitae aeternae procedant.~~

Iam vero immediata Dei cognitio, prout in iustis erit post resurrectionem corporis, formaliter beata seu beatifica est. Nam non solum animam reddit beatam sed etiam in corpus glorificandum resultat. Sum. theol., III, q. 54, a. 2 ad 2m.

~~Sed etiam immediata Dei cognitio, prout est in animabus separatis sed iustis et purgatis ante resurrectionem corporis, ex beatifica seu formaliter beata dicitur. Etsi enim desit corpus glorificandum, ipsa tamen anima redditur beata. DB 530, DS 1000.~~

Immediata vero Dei cognitio, quam in Christo homine durante vita sua mortali asserit thesis, neque corpus Christi reddidit gloriosum (Io 7, 39; Heb 2, 9; Sum. theol., III, q. 54, a. 2), neque omnem animae perturbationem exclusit (Ioh 12, 27; Mc 14, 33 ss.; Mt 27, 46).

### 9. Immediata Dei cognitio et beatitudo.

Inde a Boethio definitur beatitudo "status omnium bonorum aggregatione perfectus" (De consol., III, 2; ML 63, 724). Ad quem statum comparatur immediata Dei cognitio tripliciter, et ideo tripliciter immediata Dei cognitio dicitur scientia beata.

Primo modo, formaliter et perfecte, ubi actu habetur status omnium bonorum aggregatione perfectus, qua in aggregatione primum principium unde caetera resultant est immediata Dei cognitio. Et sic est scientia beata in angelis bonis et in iustis hominibus post resurrectionem corporis.

Altero modo, formaliter et imperfecte, ubi ab aggregatione omnium bonorum eatenus receditur quatenus corpus nondum resuscitatum atque glorificatum est; et cum ~~anim~~ immediata Dei cognitio tunc totam animam intellectivam beatificet, formaliter etsi imperfecte habetur beatitudo. Et eiusmodi est scientia beata in animabus separatis, iustis, atque purgatis.

Tertio modo, virtualiter, ubi multipliciter deest status omnium bonorum aggregatione perfectus, sed adest immediata Dei cognitio tamquam principium ad omnia bona tum sibi tum aliis comparanda; et eiusmodi fuit scientia beata in Christo durante vita sua mortalitate.

Christo enim homini morituro, non solum deerat corpus gloriosum (Io 7, 39; Heb 2, 9; Sum. theol., III, q. 54, a. 2), non solum aderant naturales defectus corporis et animae (Sum. theol., III, qq. 14 et 15), sed etiam gravissimi cruciatus corporis acerrimique dolores, animae perturbatio eaque profunda (Io 12, 27; Mc 14, 33 ss.; Mt 27, 46; Heb 5, 7), Patris mandatum (Io 10, 18; 14, 31; 15, 10) et Filii obedientia (Rom 5, 19; Phil 2, 8), perfectio per passiones acquisita (Heb 2, 10) et per passiones obedientiae addiscentia (Heb 5, 8); in quae omnia tendebat Christus homo, summo quodam desiderio

coartatus (Lc 12, 49.50), sapientia, aetate, et gratia proficiens (Lc 2, 52), Deum orans (Mc 1, 35; 6, 46; 14, 35.39; Mt 14, 23; 26, 42.44; Lc 22, 44) atque post ieiunium ~~parvum~~ quadragesimale a diabolo tentatus (Mt 4, 1 ss.; Mc 1, 12; Lc 4, 1 ss.).

Quae si excludunt statum omnium bonorum perfectum, tamen in talen statum tendunt, quae per fidem sed per speciem nos in talen statum tendunt. Et quamvis ipsi per fidem et per sequelam Christi in eundem statum tendamus, ipsa tamen Christus non per fidem ambulavit sed per speciem (cf. 2 Cor 5, 6.7) ut nobis esset via, veritas, et vita (Io 14, 6). Quae cum ita sint, immediata Dei cognitio quam Christus hac in vita habuit, etsi seu causaliter formaliter beatifica non fuerit, virtualiter beata verissime dici videtur.

Sciendum tamen est S. Thomam saepe dixisse Christum ~~hunc~~ hac in vita fuisse beatum (e. g., Sum. theol., III, q. 34, a. 4 ad 3m), vel habere beatitudinem quantum ad id quod est proprium animae (ibid., q. 15, a. 10), et tamen non simul docuisse in Christo fuisse omnes defectus corporis communes, sicut mors, fames, sitis et alia huiusmodi (q. 14, a. 4), animae passiones (q. 15, a. 4), sensibilem dolorem (q. 15, a. 5), tristitiam (q. 15, a. 6), timorem (q. 15, a. 7), iram (q. 15, a. 9). Unde concludes apud S. Thomam beatitudinem intelligi posse non solum statum omnium bonorum aggregatione perfectum sed etiam illam Dei cognitionem quae in tali statu elementum est principale.

~~Eta ergo Christus his in terris degens aliquid beatitudinem  
essentiale habuerit, quia tamen thesis non de beatitudine Christi  
sed de eius scientia agit, sufficiet loqui de scientia non formaliter  
sed specificè beata, i. e., de immediata Dei cognitione, qua cognitione.~~

10. Scientia beata et vita humana: problema.

please

Cum scientiam beatam non attingant iusti nisi post vitam  
his in terris bonam et meritoriam, post poenas purgatorias quantae  
sufficient ad omnem maculam detergendam, post ~~novum~~ <sup>resuscitatum</sup> atque gloriosum  
corpus receptum scientiae beatae aptatum atque accommodatum, iure  
quaeritur quemadmodum fieri possit ut homo, per omnia nobis similis  
absque peccato (DB 148, DS 301), scientiam beatam hac in vita  
~~habere~~ <sup>habebat</sup> ~~habuerit~~.

Praeterea, quae in VT de Deo videndo dicuntur, etsi non omnia  
idem son<sup>t</sup>, interdum tamen videntibus Deum minantur mortem. Iacob  
quidem dixit: Vidi Deum facie ad faciem, et salva facta est anima  
mea (Gen 32, 30; cf. Ex 24, 11). Moyses autem, etsi facie ad faciem  
~~Ex 33, 11; DT 5,~~ cum Deo locutus sit, tamquam Deum facie ad faciem videre voluerit,  
cum Deo locutus sit (Ex 33, 11; Dt 5, 4) tamen, cum Deum ~~¶~~ facie  
ad faciem videre voluerit, hominem ~~addas~~ didicit non posse  
et Deum videre et vivere (Gen 33, 20-23). Gedeon ~~¶~~ (Iud 6, 22 s.)  
et Manue (Iud 13, 22), cum angelum Domini, Deum, vidissent, timuerunt  
ne morerentur. Isaias Dominum vidit (Is 6, 1; Io 12, ~~¶~~ 41) et  
se indignum lamentatus est (Is 6, 5).

Praeterea, in NT Deus habetur invisibilis (Col 1, 15; 1 Tim 1, 17);  
lucem inhabitat inaccessibilem; et ideo eum nemo hominum vidit nec  
videre potest (1 Tim 6, 16). Repetit etiam Ioannes: Deum nemo  
vidit umquam (Io 1, 18; 1 Jo 4, 12); sed alibi exceptionem ponit:  
Non quia Patrem vidit quisquam, nisi ~~¶~~ is, qui est a Deo, hic vidit  
Patrem (Io 6, 46).

Praeterea, scientia beata nisi actu non habetur. Quare, ubi intellectus creatus Deum immediate cognoscit, actu eum cognoscit. Sum. theol., III, q. 11, a. 5 ad 1m. Sed intellectus humanus, etsi unico actu plura intelligere possit, pluribus simul et diversis actibus simul uti non potest. Sum. theol., I, q. 85, a. 4. Vel si plures simul actus in eodem intellectu admittuntur, videtur ipsa conscientia in diversas partes diripi atque divelli.

Praeterea, quia in uno Christo indiviso duae sunt inconfuse naturae, etiam duae sunt inconfuse conscientiae. Quod quidem facit ut scientia Christi divina cum scientia Christi humana non pugnat. Sed aliud est praesens praesens problema, cum ~~intra~~ scientia Christi beata eiusque scientia acquisita non solum in eodem sunt subiecto sed etiam intra eamdem conscientiam humanam.

Praeterea, non salvatur unitas conscientiae humanae, eo quod obiecta scientiae acquisitiae mediate per scientiam beatam cognoscuntur, et obiecta scientiae beatae analogice per scientiam acquisitam cognosci possunt. Unitas enim conscientiae per unionem obiectorum non attingitur, cum ipsa conscientia ex parte subiecti sit; neque ad unitatem conscientiae sufficit identitas subiecti, cum idem subiectum, sublata actuum consociatione atque interconnexione, ad abnormalitatem psychologicam "multiplicis personalitatis" aberrare possit.

Praeterea, agitur de mysterio quod nisi mediate, analogice, imperfecte intelligere non possumus. Quare, etsi vera sint quae a theologis ~~traditionalibus~~ de scientia Christi tradantur, inutile videtur conamen rebus adeo obscuris lucem afferre.

Sed contra est quod mysterium, et si a nobis hac in vita intelligi non possit instar veritatum naturaliter notarum, analogice tamen et imperfecte sed fructuosissime etiam hac in vita intelligi potest (DB 1796, DS 3016).

Praeterea, ubi doctrina quaedam manifesta est de fide, minus periculosa est eorum propensio qui credere velint sed intelligere nolint. Sed aliter eadem propensio iudicanda esse videtur, ubi permulta omnis generis ~~adūm~~ sunt difficultates atque obiectiones, neque doctrinæ evolutio adhuc ad claram atque irreformabilem definitionem pervenit. Quibus in adiunctis, qui intelligere non vult, non solum theologica omittit sed etiam dogmatica ad theologica facilius reducit.

Praeterea, qui difficultates et obiectiones audit atque intelligit, etiam solutiones intelligere potest. Eiusdem enim generis esse videntur obiectio et correspondens solutio. Facilius sane obicitur quam solvitur, cum obiectio ex intelligentia partis procedat, solutio autem nisi ex multis et diversis simul consideratis non habeatur. Sed qui nisi facillima nolint, academicum theologiae cursum ~~inmodum~~ haud eligunt.

Quae cum ita sint, enitendum est ut aliquatenus intelligamus quemadmodum in Christo homine durante vita sua mortali scientia beata et scientia acquisita compositae ~~adūm~~ atque unitae sint.

#### 11. Scientia beata et scientia acquisita.

In primis animadverti oportet scientiam beatam adeo non alienam esse ab intellectu humano ut finis ei sit naturaliter desideratus. Nihil enim intellectui nostro magis intimum est magisque fundamentale quam admirari atque inquirere. Quod desiderium intellectuale non

arte acquiritur, non studio et disciplina addiscitur, sed naturae  
 non enim admirationem atque inquisitionem addiscimus,  
 inditum est ~~in perpetuas fore panuorum questionibus manifeste~~  
 sed quia admiramur et inquirimus addiscere possumus.  
~~Aeratur, et totam nostram accidendi capacitatem fundat.~~

Neque naturale hoc desiderium ad determinatum quoddam rerum genus  
 restringitur, sicut visus ad colores, sed ad omnia se extendit,  
 et ideo obiectum eius est ens; naturaliter ergo desideramus omnia seu  
 ens cognoscere, et convenienter ipsum hoc desiderandum naturale  
 nominatur intentio entis, non quidem intenta, sed intendens.

Neque huic denique desiderio sufficit qualiscumque entis cognitio:  
 de singulis enim in primis quaerimus quid sit; quod nihil est aliud  
 quaerere  
 quam rem per suam essentiam cognoscere. Quod si naturaliter nisi  
 rerum materialium essentias haec in vita intelligere non valemus,  
 non ideo eas solummodo intelligere desideramus; nam etiam de Deo  
 quaerimus quid sit, et analogice respondere conamur, neque analogis  
 sumus contenti. Quae cum ita sint, cum S. Thoma concludes nos  
 naturaliter desiderare Deum per suam essentiam intelligere.

Sum. theol., I, q. 12, a. 1; I-II, q. 3, a. 8; C. Gent., III, 25-63.

Deinde considerandum est dupliciter operationes ad finem  
 ordinari: uno modo, ut finis attingatur; alio modo, tamquam pro-  
 cedentes ex ipso fine adepto. Primo modo, operationes comparantur  
 ad finem tamquam media; et ideo, fine adepto, eiusmodi operationes  
 cessant. Altero autem modo, ex ipso adepto fine procedunt operationes  
 secundum illud: Bonum est diffusivum sui. Et hoc altero modo  
 Deus infinite perfectus creat, conservat, gubernat, salvat, beatificat,  
 non ad augendam sed ad communicandam perfectionem suam; et similiter  
 qui caritate Deum diligunt, proximum propter Deum diligunt; quae  
 proximi dilectio non medii volitio est sed fructus caritatis erga Deum.  
 Sed et ipsi beati in caelis, qui Deum facie ad faciem vident, non  
 suprema quadam inertia, fine adepto, sopiuntur et torpent, sed summa  
 activitate summum bonum diffundunt.

*ergo*

Tertio, sicut in aliis, ita etiam in intellectu dupliciter operationes ad finem comparantur. Sicut ergo naturale nostrum intelligendi desiderium operationes intellectus minime impedit sed eas omnes fundet, promovet, et ad maiorem perfectionem urget, ita etiam in beatis immediata Dei cognitio operationes alias non impedit sed eas fundat, promovet, et ad maiorem urget perfectionem. Tollit ergo scientia beata desiderium quod implet; tollit operationes quae ad finem acquirendum fiant; sed quod prius ex desiderio ~~finis~~<sup>et</sup> fiebat, nunc fit ex fine adepto sui diffusivo; quod prius ad finem attingendum fiebat, nunc perfectius fit quia adeptus finis fructificat.

Quod minime divisionem vel directionem conscientiae importat. Ubi enim actus sunt et diversi et nullatenus inter se ordinati, sequuntur quidem conscientiae division~~s~~ atque directio. Sed quantumvis inter se discrepant scientia beata et scientia acquisita, alia tamen ad aliam non minus ordinari potest quam naturale intelligendi desiderium et naturales intellectus operationes. Quod si te movet obiectio diversas species simul actuari non posse (Sum. theol., I, q. 85, a. 4), videsis solutionem ibid., III, q. 9, a. 3 ad 3m.

Quarto, scientia beata seu immediata Dei cognitio ita praeter Deum possibilia et actualia in Deo apprehendit ut ideo tamen non superfluat scientia acquisita. Nam scientia beata, etsi alia attingat praeter divinam essentiam, ea tamen attingit ~~medio~~<sup>et</sup> mediante intelligibili separato atque infinito ~~sed~~ secundum modum huic intelligibili proprium. Et ideo quamvis homo per scientiam beatam cognoscat omnem artem humanam et omnem cognitionem experimentalem humanam, non tamen ullam habet artem humanam neque ullam cognitivam experimentalem humanam; huiusmodi enim artes atque cognitio non sunt nisi mediante intelligibili humano, quod est intelligible.

eas tamen non cognoscit nisi ut obiecta; sed ars humana vel cognitio experimentalis humana non solum in obiectis cognoscendis consistit sed praecipue in actibus eliciendis; neque quilibet sufficient actus, sed ii soli qui modo humano fiunt.

Quod iam superius ~~modum scientiam beatam~~ diximus, cum divinam scientiam et scientiam acquisitam secundum medium et modum comparaverimus. Beata enim scientia ad modum divinae est, cum per divinam essentiam per eamdem essentiam cognoscit; et ideo per ea habetur quidem cognitio quaedam experimentalis, non tamen humana quae vitam ~~hanc~~ hoc in mundo respicit, sed beata quae <sup>ad</sup> vitam quam maxime cum Deo coniunctam pertinet; et similiter per scientiam beatam habetur ars quaedam, non tamen ars humana faciendi vel ~~hunc~~ agendi vel loquendi, sed ars beata qua perpetuo Deus adoratur atque laudatur. Quod si per scientiam beatam tamquam obiecta artes humanae cognitione experimentalis mediate cognoscuntur, aliud tamen est has artes habere hancognitionem habere. Qui enim eas habet, non tantum obiecta mediante divina essentia cognoscit sed etiam permultos actus alterius prorsus generis sponte elicit.

Quod exemplis facile illustratur. Nam qui scientiam mechanicam didicit, artem fabrilem ut obiectum intelligit; sed donec hanc artem ex parte subjecti acquisiverit, nisi ineptissime ad scanna lectosque ~~alia~~ aliaque eiusmodi facienda procedit. Vel qui analysin psychologicam alterius perfecerit, cognitionem experimentalem alterius perspectam habet; sed minime sequitur quod cognitionem experimentalem alterius fecit suam <sup>ut</sup> secundum eam vivere <sup>ipse</sup> ~~possit~~. Quod si in ipsis rebus humanis manifesta <sup>est</sup> differentia <sup>ut</sup> ~~hanc~~ artem vel cognitionem alterius cognoscere et easdem ut suas habere, quanto maior et manifestior agnosci debet differentia inter scientiam beatam et scientiam humanam acquisitam.

**12. Comprehensor simul et viator.**

Christus homo hac in vita simul comprehensor et viator fuit (Sum. theol., III, q. 15, a. 10). Comprehensor dicitur quia a primo instante suae conceptionis scientiam beatam semper actu habuit (Sum. theol., III, q. 34, a. 4; q. 11, a. 5 ad lm). Viator dicitur quia homo erat et modo humano ei vivendum erat, neque in corpore gloriose sed in carne passibili et passura (Sum. theol., q. 14, a. 1 ad 2m; q. 45, a. 2; q. 54, a. 2).

Quare, sicut supra comparavimus scientiam Christi beatam et scientiam eiusdem acquisitam, nunc comparanda est eadem scientia beata ad vitam suam humanam.

Et in primis notandum est scientiam beatam esse ineffabilem. Ubi enim intellectus intelligibile in sensibilibus perspicit, ibi non solus operatur intellectus sed etiam sensus; et ideo quod intellectu perspicitur, etiam sensu et signis corporeis manifestari potest. Ubi autem intellectus intelligibile separatum intelligit, ibi solus operatur intellectus; neque ulla est operatio vel sensitiva vel ~~correspondens~~ ~~quae operationem~~ ~~intellectualē~~ ~~concomitat~~ corporalis quae intelligibili intellecto correspondeat vel operationem intellectualē concomitetur; et ideo intelligibile a materia separatum tum finitum tum maxime infinitum proprie dicitur et vere ineffabile est.

Cum tamen voluntas sit appetitus intellectum sequens, ubi operatur intellectus, ibi etiam voluntas agere potest. Et ideo in Christo homine, quia Deum immediate per scientiam beatam cognovit, Deum etiam propter ipsam divinam bonitatem super omnia dilexit. Praeterea, quia Christus mediante divina potentia ea possibili, et mediante divina voluntate ea actuanda vel actualia cognovit, ~~quaerad numerū eorum pertinente~~.

Praeterea, Christus homo mediante divina potentia et divina voluntate ea possibilia actuanda vel actuata cognovit quae ad munus suum pertinebant. Sed ipsa vita Christi humana ad munus suum quam maxime pertinebat. Et ideo Christus, sicut in divina voluntate vitam a se vivendam cognovit, ita etiam propter divinam voluntatem ~~exire~~ eamdem vitam vivere voluit.

Porro, aliud est vitam cognoscere et velle, et aliud est eamdem vitam vivere. Etsi enim Christus per scientiam beatam vitam Matris suae perspexerit, minime tamen vitam Matris suae vixit.

Qui enim vitam vivit, ipsa opera vitae experitur; neque ea omnia simul experitur, sed nisi aliud post aliud prout singula peragit; praeterea, qui opera vitae suae experitur, suam vitam non intelligit nisi ulterius reflectitur atque inquirit; quod si facit, vitam suam intelligit quidem, non tamen prout haec vita in prima causa continetur, sed prout ipse eam expertus est.

Qui autem vitam suam mediate per scientiam beatam cognoscit, eam non experitur sed intelligit; neque pars partem post partem intelligit sed totam simul; neque intelligibile in ipsis expertis intelligit, sed intelligibile in prima causa, quae est divina voluntas, mediate attingit.

Proinde, Christus comprehensor, sicut vitam viatoris suam mediate scivit et propter voluntatem divinam voluit, ita etiam eamdem vitam produxit atque causavit. Quae tamen productio et causatio non eo modo cogitari debet quo modo Deus Pater et Filius et Spiritus eamdem vitam produxerunt; ita enim eam vitam produxerunt, ut solus Filius eam viveret. Neque haec productio cogitanda est eo modo quo cogitari potest angelus vitam vel opera animalis vel hominis producens et causans; ab extrinseco enim operaretur angelus, et ideo vitam produceret quin eam viveret. Sed eo modo Christus suam vitam per scientiam beatam sciens propter produxit atque causavit, quo modo

quis ex actibus conscientis alios actus conscientis intra suam conscientiam producere et causare solet.

Quem processum conscientiae Christi humanae proprie cognoscere non possunt nisi qui scientiam beatam habeant. Nobis ergo ad exempla et ad analogiam quamdam confugiendum est.

Et exemplo sit qui celeberrimum quoddam poema ex alia in aliam linguam verteret. Totum enim scit quod faciendum est, et tamen totum quod faciendum est ignorat. Scit poema ~~mentendum~~ in aliam linguam vertendum; sed ipsam versionem nescit donec eam perficiat. Quinimo, cum idem aliter in alia lingua dici ~~solet~~ soleat, dubitare possumus eum umquam ad versionem perfectam esse perventurum.

Vel exemplo sit qui mentem S. Thomae in Summa contentam cinematographice repraesentare velit. Sit optimus theologus, et sit peritissimus cinematographicus. Sed ingens et forte impossibilis ei manet labor in sua conscientia peragendus ut ex theologicis scitis ad cinematographice repraesentata transeat.

~~Analogia denique proponatur: quod in nobis fit vi luminis intellectualis, in Christo homine fit vi scientiae beatæ.~~

~~In nobis ergo appetitiones in apprehensiones reducuntur, et apprehensiones humanæ in illud lumen reducuntur unde procedit omnis inquisitio ut intelligamus, omnis dubitatio ut iudicemus, omnis deliberatio ut eligamus. Quod in nobis lumen intellectuale est intentio entis intendens, qua intentione omnia intendimus et omnia cognoscere omneque bonum efficere ~~minimorum~~ desideramus.~~

~~In Christo homine vero ita aderat illa intentio, non qua mere desiderans et intendens, sed qua possidens et comprehendens. Quae possessio erat ipsa scientia beatæ, seu ipsum esse subsistens immediate intellectum.~~

Analogia denique proponatur: quod in nobis ~~est~~ fit vi luminis intellectualis, in Christo homine fit vi scientiae beatae. In cuius analogiae intelligentiam tria praecipue sunt dicenda: (1) quid in nobis faciat lumen intellectuale; (2) quemadmodum ad lumen ~~intellectus~~ intellectuale comparetur scientia beatæ; et (3) quemadmodum caeteri Christi viatoris actus consciæ ad scientiam beatam comparantur.

Circa primum, ergo, attendendum est non ad infantem sed hominem, non ad dormientem vel somniantem vel amentem vel ebrium, sed ad ~~in~~ vigilantem, mente sanum, sobrium. In quo sicut reducuntur actiones in appetitiones et appetitiones in apprehensiones, ita apprehensiones ipsae in lumen intellectuale reducuntur. Nam in lumine intellectus agentis est omnis scientia quodammodo originaliter indita (De Ver., q. 10, a. 6 c. ad fin.), ut scilicet ens intendamus, ut totum ens cognoscere desideremus, ut quod desideremus faciamus. Propter hoc ergo lumen, ubi non intelligimus, admiramur et inquirimus. Propter hoc ~~in~~ lumen, ubi insufficienter intelligimus, ipsam hanc insufficientiam percipimus. Propter hoc lumen, ubi ~~intelligimus~~ satis intellexisse videmur, non statim assentimus sed dubitamus et evidentiam usque quaque scrutamur. Propter hoc lumen, ubi iudicantes cognoscimus, ex ente cognito in bonum amandum transimus. Propter hoc lumen, ubi consiliamur et deliberamus, et culpam absolute vitandam et honestatem absolute ~~observandam intime sentimus. Quae cum ita sint, tota nostra vita~~ observandam intime sentimus. Propter hoc lumen, ergo, vita nostra etiam sensitiva et corporalis eos quaerit fines et ad ea attendit obiecta quae vitam mere animalem excedant.

~~Deinde, ubi lumen intellectuale ad scientiam beatam comparemus,~~

Deinde, hoc lumen intellectuale nobis naturaliter inditum nihil aliud est quam intentio entis intendens. Quae intentio nihil quidem cognoscit sed omnia intelligere et cognoscere desiderat.

Neque ad quietem pervenit hoc desiderium donec Deum per essentiam seu immediate cognoscat (Sum. theol., I, q. 12, a. 1; I-II, q. 3, a. 1).<sup>8</sup>

Sed Deum immediate cognoscere est scientia beata. Et ideo comparatur lumen intellectus nostri ad scientiam beatam, sicut intentio finis ad adoptionem finis, sicut desiderium boni absentis ad gaudium de bono praesenti, sicut conscientia potentialitas quae omnia ignorat et omnia cognoscere vult ad ultimum actum quo ipsum esse subsistens in se intelligitur et, eo mediante, caetera perspici possunt.

Tertio, denique, quod in nobis facit lumen intellectuale, illud in Christo homine facit scientia beata; sed quia aliud est lumen intellectuale et alia scientia beata, id quod in nobis fit aliter in Christo homine fiebat. Lumine intellectuali inquirimus, potentia quidem scientes, sed actu nescientes; et scientia beata inquisivit Christus, scientia beata sciens, sed alio actu, alio modo, alio medio scire desiderans. Lumine intellectuali, ubi insufficienter intelligimus, ulterius inquirimus; sed scientia beata ulterius inquisivit Christus, non ut ipsa scientia beata perficeretur, sed ut plenius ad scientiam beatam conformaretur alia quae in eo proficiebat scientia. Lumine intellectuali, ubi intelleximus, evidentiam scrutamus et ponderamus ut iudicemus; sed scientia beata mensuravit atque confirmavit

<sup>1</sup> Christus quae secundum evidentiam alterius scientiae iudicanda verum et esse censebat. Quo lumine intellectuali cognoscimus, eodem honestum et cognoscimus bonum; et qua scientia beata cognovit Christus ipsam veritatem, eadem cognovit ipsam bonitatem. Sicut ergo nos secundum honestatem in bonum efficiendum et acquirendum vitas nostras agimus, ita Christus comprehensor simul et viator secundum summum bonum iam ab eo habitum propter nos vixit ut in nos bonum suum diffunderet.

13. Quae et qualis sit scientia infusa.13. Scientia infusa.

Iam

~~Imprimis~~ dicendum est quid sub nomine scientiae infusae intelligi debeat. Quod quidem non plena generalitate facere intendimus, sed eo tantum fine ut scientiam Christi qualis fuerit dicere possimus. Quapropter ad quattuor capita rem reducimus: quid non sit scientia infusa; quaenam sint eius obiecta; utrum sit habitualis; et utrum sit intellectualis.

Primo, ergo, tribus negationibus determinatur scientia infusa: non fides est sed scientia; non scientia beata est quae intelligibile infinitum immediate attingit, et ideo ad intelligibilia finita ~~restringitur~~ restringitur; non scientia homini naturalis est quae secundum statum praesentis vitae et communem rerum cursum acquiritur, sed divinitus datur.

Deinde, quae ita negative determinatur scientia, si ad obiecta attendis, non una invenitur sed statim in tres scientias prorsus diversas dividitur. Aut enim est ad modum scientiae homini naturalis, aut est ad modum scientiae vel animae separatae vel angeli, aut denique absolute supernaturalis est.

Scientia infusa ad modum scientiae homini naturalis nisi <sup>immediate</sup> intelligibile in sensibilibus <sup>non</sup> attingit; et ideo secundum ~~est~~ Attamen ab eadem secundum se nullatenus differt a scientia acquisita. <sup>est</sup> secundum originem ~~scientia acquisita~~ differt, cum non acquiratur disciplina et studio sed a divina bonitate intellectui infundatur.

Scientia infusa ad modum scientiae animae separatae vel angeli immediate non attingit nisi intelligibilia separata ~~est~~ eaque finita; differt ergo a scientia beata quae intelligibile infinitum immediate attingit; differt a scientia homini naturali quae immediate nisi intelligibilia in sensibilibus non attingit; ~~et~~ excedit ergo proportionem intellectus humani pro statu praesentis vitae; sed non excedit proportionem vel animae separatae vel angeli, cum iis naturalis esset, et ideo absolute

supernaturalis non est.

Scientia infusa absolute supernaturalis intelligibilia finita immediate intelligit, quae tamen excedunt proportionem cuiuslibet essentiae substantialis et finitae. Obiecta ergo huius scientiae eiusdem sunt ordinis ac obiecta fidei; quae tamen fide creduntur, eadem scientia infusa sciuntur; sed, uti postea dicetur, haec obiecta ita per scientiam infusam sciuntur ut tamen non vi scientiae infusae sed vi scientiae beatae sciantur.

Quare, ~~sed~~ sub uno nomine scientiae infusae tres omnino diversae intelliguntur scientiae: alia quae proportionem hominis hac in vita non excedit; alia quae proportionem vel ~~ea~~ animae separatae vel angeli non excedit; et tertia ~~per se infinitum intelligibile immediatum attingit~~ quae proportionem cuiuslibet essentiae substantialis et finitae ita excedit ut tamen ipsum intelligibile infinitum non attingat.

Tertio, quamvis diversae sunt haec scientiae secundum obiecta, omnes in hoc conveniunt quod dicunt non actum sed habitum.

Porro, secundum habitum non scimus sed scire possumus; qui ergo scientiam infusam in Christo ponit, non dicit Christum scire sed dicit eum posse scire. Quinimo, qui dicit Christum posse scire, non dicit Christum aliquando esse sciturum (Sum. theol., III, q. 11, s. 5 ad 2m). Quare, ~~cum aliud sit scire et aliud posse scire, cum actu scire ex posse scire non sequatur, alia est quaestio de scientia Christi infusa et alia prorsus est quaestio de actibus scientiae infusae a Christo elicitis.~~

Praeterea, data conscientiae immediata sunt subiectum et actus subiecti; sed ex parte contraria neque potentiae neque habitus sunt data conscientiae. Obiecta enim per actus cognoscimus; actus per conscientiam nobis sunt praesentes; sed nisi reflectentes et investigantes non procedimus ad ~~hanc~~ habitus et potentias

a. 5 ad 2m). Quae cum ita sint, duae et diversae sunt investigationes circa scientiam Christi infusam: alia enim theoretica est quae de habitibus quaerat quales fuerint et quanta per eas Christus scire potuerit; alia autem vel historica vel ad modum historiae est quae de actibus quaerit quinam eliciti sint, sub quibusnam adiunctis, quo ordine et tempore, et eiusmodi.

Quapropter eorum evites confusionem quae quaestionem theoreticam et quaestionem historicam non distinguant. Sicut enim mediaevales theoretice inquirere solebant, ita recentiores quaestionem potius historicam ponunt. Qui autem confuse cogitant, doctores ~~supponunt~~ mediaevales de quaestione historica tractasse supponunt.

Praeterea, neque habitus conscientius est neque infusio habitus conscientia esse videtur. Immediata enim conscientiae data sunt tum subiectum tum actus subiecti; exsistere vero vel potentias vel habitus non per conscientiam cognoscimus sed ex actibus concludimus. Sed ne infusio quidem habitus conscientia esse videtur: qualiter enim aliquid est, taliter fit; sed habitus inconscius est; <sup>infunditur</sup> et ideo habitus inconscie ~~fit~~. Neve instes habitum per actus conscientios acquiri; nam de habitu infuso quaeritur; et quamvis per actus conscientios habitus acquiratur, hoc ipsum tamen non per conscientiam cognoscimus sed ex effectu ratiocinantes concludimus.

Unde ulterius concludes ~~non~~ ad quaestionem non theoreticam de habitibus sed historicam vel quasi historicam de actibus ~~habitu~~ infusae pertinere omnem ~~temporionem~~ comparationem inter conscientiam Christi humanam eiusdemque scientiam infusam. Nam per habitum scientiae infusae non solum nullum est obiectum actu cognitum sed ne ipse habitus quidem conscientius est; et ideo nullo modo fieri potest ut talis vel tantus scientiae infusae habitus conscientiae vere humanae vel repugnet vel ei parum conveniat.

Quarto, scientiam infusam diximus esse intellectualem. Recipitur ergo haec scientia non in sensu sed in intellectu; facit ut quis expedite intelligere possit; quod tamen intelligere non necessario idem est ac cognoscere.

Nam qui intelligibile in phantasmate perspicit, sane intelligit; sed nisi accedunt sensibilia actu sensata atque verum iudicium, non attingitur cognitio. Iterum, qui ad modum animae separatae intelligibilia perspicit ~~maxime~~ separata sed finita, sensibus quidem non indiget quia separatum est intelligibile; sed praeter intelligendi actum, ulterius requiritur verum iudicium, nam in intelligibili finito non idem est esse quod essentia. ~~NON~~ Solummodo ergo in scientia divina vel beata ubi attingitur intelligibile et separatum et infinitum, idem est intelligere quod cognoscere; nam quia hoc intelligibile est separatum, superfluunt ~~sensus~~ sensus; et quia hoc intelligibile est infinitum, in quo non distinguuntur esse et essentia, superfluit distinctus iudicandi actus.

Quibus perspectis, limites scientiae infusae concludes.

Si scientia infunditur ad modum scientiae homini naturalis, attingi potest intelligibile in sensibilibus quod per se effabile est. Quod tamen intelligibile non actu attingitur nisi formatur conveniens phantasma; quod phantasma formari non potest nisi processit evolutio partis sensitivae, et idem phantasma non actu formatur nisi data occasione intra cursum seu tramitem vitae humanae historicum.

Praeterea, quamvis nihil facilius esse videatur phantasmata formare ad modum somniorum, idem dicendum non est de phantasmatis quae intellectui inserviant, uti manifestum est in mathematicis sive repraesentativis sive symbolicis vel in inventionibus technicis paulo diutius vel in ouolibet processu naturali vel humano ubi plura inter se agunt. Ita, v. e., longe facilius est ultimum iudicium imaginatione repraesentata quam tamum rerum cursum a tempore Christi usque in ultimum iudicium.

Denique, etiam formato phantasmate et actu intelligendi elicito nondum habetur cognitio; sed ~~xsp~~ ex phantasmate ad sensibilia procedendum est ut iudicetur utrum intelligibile in phantasmate perspectum etiam in sensibilibus perspiciendum sit.

Deinde, si scientia infunditur ad modum animae separatae vel angeli, intelligi possunt intelligibilia separata sed finita.

Quia intelligibilia sunt ~~separata~~ separata, superfluunt <sup>tum</sup> phantasma <sup>tum</sup> sensibilia; sed ex parte contraria quod ita intelligitur stricte ineffabile est, et ideo nisi accesserit alia cognitio, sermone humano dici non poterit. Praeterea, quamvis superfluant sensus, necessarium manet iudicium; nam intelligibile finitum est ordinis essentialis et ab existentia distinctum; et ideo quod intelligitur non eo ipso cognoscitur.

~~Tertio, si scientia infunditur absolute supernaturalis, intelligi possunt intelligibilia, vel separata vel cum sensibilibus connexa, et finita quidem sed intrinsecce relata intelligibil attingi possunt intelligibilia attingi possunt intelligibilia quae intrinsecce referantur ad Deum prout est in se. Quae intrinseca relatio facit ut haec intelligentia sit absolute supernaturalis~~

~~Tertio, si scientia infunditur absolute supernaturalis, expedite attingi potest obiectum (1) finitum, (2) ~~xsp~~ vel separatum vel cum sensibilibus connexum, et (3) intrinsecce relatum ad Deum prout est in se~~

Tertio, ubi infunditur scientia absolute supernaturalis, res longe complexior est. Nam sicut gratia supponit naturam, ita haec dona intellectualia supponunt aliam cognitionem (humanam vel angelicam) quam supernaturaliter compleant atque perficiant.

Porro, haec dona ideo sunt absolute supernaturalia, quia intrinsecce referuntur ad Deum prout in se est. Sed intrinseca haec relatio

*est*

vel ex parte subiecti vel ex parte obiecti.

Et ex parte subiecti est haec relatio quae in quadam quasi intersubjectivitate consistere videtur et per dona Spiritus sancti habetur. Sicut enim amicus amici vel mentem vel statum potius quasi suum sentit quam per modum obiecti investigat et didicit, ita fidelium mentes et corda motibus et instinctibus Spiritus sancti facile moventur atque docentur.

Sed ex parte obiecti invenitur relatio absolute supernaturalis ubi attinguntur obiecta fidei. Quae enim credimus divina mysteria, eadem docuit Christus. Quae autem docuit Christus, ipse non credidit ~~apprehendebat~~  
~~sed scivit. Quatenus tamen docuit, scientia effabili anima quee~~  
~~intelligibilia in sensibilibus caperet et modo humano dici posset.~~  
~~Quatenus vero scivit, nisi beata scientia scire non potuit. Nam~~  
~~omnis mediata Dei cognitio etiam analogica et imperfecta est; neque~~  
~~per analogicam et imperfectam Dei cognitionem ipsa divina mysteria~~  
~~sciri possunt; et ideo per solam scientiam beatam, que immediata~~  
~~Dei est cognitio, sciri possunt divina mysteria.~~

sed scivit. Aliter tamen docuit et aliter scivit. Quatenus enim docuit, scientia effabili usus est, per quam intelligibilia in sensibilibus apprehenduntur et modo humano dici possunt. Quatenus autem scivit, scientia ineffabili usus est; nisi enim per beatam scientiam, quae est immediata Dei cognitio, sciri non possunt divina mysteria absolute supernaturalia. Neque tamen sine ordine erant ineffabilis scientia qua scivit et effabilis scientia qua docuit; nam ex ipsa beata scientia processit Christus ad actus scientia infusae absolute supernaturalis ut non solum sciret sed sed etiam divina mysteria nos docere posset. Quam ob causam superius ~~x~~ diximus scientiam infusam absolute supernaturalem non ex sese sed ex scientia beata rationem scientiae et certitudinis habere.

Quinto, remanet ut iam dicta non nullis exemplis applicentur, quo facilius addiscat quisque non mythologice sed exacte de scientia Christi infusa cogitare.

Opinati ~~est~~ ergo sunt Iudei Iesum litteras non didicisse eas tamen scire. Quod si approbavit evangelista (Io 7, 15), verum inspiratum est. Sed factum non explicas ubi breviter scientiam infusam nominas, cum haec scientia sit habitus in intellectu, Iudei autem non habitum sed actum noverint. Accedit quod litteras scire potius habitum sensitivum quam intellectualem dicit; etsi enim non sciantur litterae sine intelligentia, totus fere labor est in acquirendis consociationibus sensitivis inter signa quae videntur et sonos qui emittuntur et audiuntur. Quare, si Jesus litteras non didicit, omnino dicendum est eum habitum infusum accepisse non solum intellectualem sed etiam sensitivum. Quibus habitibus in actum reductis, habebantur tum sensibilia tum in sensibilibus intelligibilia; quibus accedere oportebat iudicium, non sane difficile, ut haberetur cognitio.

Deinde, praedixit Jesus futuram et contingentem suam passionem, mortem, resurrectionem. Sed omnis prophetiae primum principium est prima veritas (Sum. theol., ~~II-II~~ II-II, q. 171, aa. 3 et 4); quod primum principium Christus homo per scientiam beatam immediate comprehensor cognovit; et ideo plus quam propheta erat (Sum. theol., II-II, q. 173, a. 1) quamvis ut <sup>a</sup> vitor propheta dicendus sit (Sum. theol., III, q. 7, a. 8). Quod tamen per scientiam beatam scitur, illud ~~negat~~ ineffabile est; et ideo ut Christus dicere posset quod de futuris contingentibus modo ineffabili scivit, ei peragendus erat ~~negat~~ ille vel transitus vel transpositio vel ~~et~~ quasi versio ex alio medio modoque sciendi in aliud medium aliumque modum. Quia enim futur<sup>us</sup> eventus in intelligibili separato et infinito cognovit, <sup>os</sup> idem imaginatione erant repraesentandi et more humano intelligendi

et lumine scientiae beatae iudicandi.

Qui sane processus in aliis facilior et in aliis ~~est~~ difficilior est. Facilius enim est proditionem, flagellationem, crucifixionem, mortem, resurrectionem praearnuntiare, quam omnes intermedios eventus imaginatione repraesentare ut quis dies, menses, annos intermedios enumeret.

Ulterius,  
~~Dominus~~ Jesus tum signa finis appropinquantis annuntiavit cuius tamen diem et horam tum ipsum finem et consummationem descriptis; ~~debet~~ <sup>debet</sup> Filium ignorare affirmavit ~~venientiam~~ (Mc 13, 32; Mt 24, 36). Quae quidem <sup>ex eo</sup> differentia <sup>inde</sup> forte intelligi potest quod nuperrime diximus. Etsi enim Jesus scientia beata et ineffabili diem et horam neverit, facilius tamen ipsum eventum ~~imaginatione~~ imaginatione repraesentare potuit quam omnes intermedios annos et repraesentare et enumerare non solum repraesentare sed etiam repraesentatos enumerare.

Denique, si quaeritur utrum Jesus durante vita sua mortali omnes posteriores inventiones technicas omnesque scientias post inventas docere potuerit (cf. DB 2034, DS 3434), respondetur cum distinctione inter scientiam ineffabilem et effabilem; et quoad effabilem ulterius distinguitur inter elementum intellectuale et elementum vel imaginarium vel sensibile; et, quoad hoc, ulterius quaeratur quo tempore et loco in vita sua mortali Jesus cum eiusmodi rebus imaginandis vel sentiendis ~~praecepit~~ praecoccupari potuerit.

14. Scientia infusa: de mysterio Christi.

- 1) Mysterium Christi intelligimus omnia eius sensibilia verba et opera quatenus divinum Verbum modo incarnato ~~¶~~ revelant atque manifestant.

Quod mysterium ipsi non apprehendimus nisi actibus naturalibus superveniunt actus absolute supernaturales; quamvis enim fides ex auditu sit (Rom 10, 17), tamen ex solo auditu non est; oportet enim intellectum nostrum fide illuminari et Spiritu sancto moveri. Et pariter quod a nobis sine lumine intelligentiae non apprehenditur, idem a Christo homine sine lumine intelligentiae neque dictum est neque factum.

Sed haec Christi intelligentia ad scientiam acquisitam referri non potest: acquisita enim scientia proportionem humanae naturae non excedit, sed mysterium Christi absolute supernaturale est.

Neque haec Christi intelligentia ad scientiam beatam referri potest. Nam quae humano modo vel dicuntur vel aguntur, ita intellectu apprehenduntur ut simultanea atque correspondens operatio sensitiva et exigatur et efficiatur. Sed scientia beata dictis factis humanis ineffabilis est: solo enim intellectu apprehenditur intelligibile separatum et infinitum; et ideo scientia beata nullam habet concomitantem atque correspondentem vel sensus vel corporis operationem quae eam exprimere et manifestare possit.

Relinquitur ergo ut Christus homo suum peregerit mysterium quatenus ex scientia beata atque ineffabili aliam ~~¶~~ et effabilem hausit ~~¶~~ traxitque scientiam quae intelligibile immediate attingebat non infinitum sed finitum, non separatum sed cum sensibilibus et corporalibus connexum, non ordinis homini naturalis sed absolute ~~¶~~ supernaturalis. Quae hausta et extracta scientia ad speciem quamdam principalem scientiae infusae pertinet.

Porro, <sup>t</sup> hausa et extracta dicitur haec scientia quantum ad actum, qui & conscius est et conscie et intellectualiter ex actu conscientiae et ineffabili procedit. Infusa autem dicitur eadem scientia quantum ad habitum, quo disponitur intellectus ad talem actum absolute supernaturalem recipiendum. Et eadem denique processio atque receptio Spiritui sancto attribuitur quatenus a Deo efficitur, non solum ut a causa prima quae omnia in omnibus operatur, sed etiam ut ab amico intime inhabitante. Quapropter in scripturis verba et opera, quae mysterium Christi faciunt, ad Spiritum sanctum non semel referuntur (Mc 1, 12; ~~Mt 4, 1; 12, 18;~~ Mt 4, 1; 12, 18; Lc 4, 1<sup>t</sup>.14.18; 10, 21; Io 3, 34; Heb 9, 14).

2) Proinde, non aliud est mysterium Christi, et alia ipsa Christi hominis vita atque perfectio. Non & enim aliter & privatus vixit Christus et aliter publice se exhibuit, veluti histrio in nescio quam nostri aedificationem. Sed etsi Neverit novisset aliam viam perfectionis et alium vivendi modum suae dignitati magis convenire, tamen propter nos eo modo vivere et ea via perfici voluit quo modo nos peccatores vivere et qua via nos ad vitam ingredi oportet.

Propter nos ergo oravit Christus; propter nos ieiunavit; propter nos passus est et mortuus. Quod "propter nos" aliter excludit et aliter non excludit "propter se": excluditur enim Dei Filius non alia via ad suam perfectionem humanam pertingere potuisse; sed non excluditur Dei Filius humanam perfectionem quaesivisse vel eam de facto aliter attigisse quam per orationem, ieiunium, passionem, mortem.

De quo enim legitur: "propter vos egenus factus est, cum esset dives" (2 Cor 8, 9); de eodem etiam legitur: "Decebat enim eum, propter quem omnia et in quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem salutis eorum per passionem consummare (teleiosai)"

(Heb 2, 10); et de eodem: "cum esset Filius Dei, didicit ex iis, quae passus est, oboedientiam" (Heb 5, 8). Qui enim mundum ~~agrediens~~<sup>7</sup> ingrediens promptissimam obediendi voluntatem professus est (Heb 10, 5 - 7), idem obedientiam tum alacri <sup>1</sup> voluntate tum infirma carne exercitam habuit addiscendam.

3) Eiusmodi est vita humana ut historicitate quadam tum intrinseca tum extrinseca ~~constitutur~~ constituatur.

Non enim adulti sed infantes hanc vitam ~~incipimus~~; neque ab <sup>quin</sup> infantia ad aetatem adultam procedimus, ~~habet~~ nostris actibus nos faciamus quales facti sumus. Quo in processu ita prior quisque actus ad posteriorem quemque disponit, ita posterior quisque suas conditiones in prioribus habet, ut neque necessitas a prioribus imponatur neque libertas a posterioribus auferatur. Quod si excluditur necessitas, non ideo negatur intelligibilitas. Nam eiusmodi est historicitas ut in particularibus, contingentibus, liberis inveniatur et tamen filis quasi innumeris non solum intelligibilitatis sed etiam intelligentiae contexatur.

Cui internae historicitati accedit externa. Qui enim in singulis est vitae humanae cursus, neque idem in omnibus est, neque aliis prorsus in aliis; sed maxime secundum gentes, secundum loca, secundum tempora dividitur, ut qui proprius ii etiam similius vivant, et ut alibi sit alia rei historicae evolutio. Quod si colore, vultu, statura gens alia ab alia distinguitur, longe maiores atque profundiores sunt differentiae socio-culturales. Nisi enim seminale non est quod vel sociale vel culturale naturaliter nobis inditur quod, ipsa iubente natura, ab inventione et voluntate humana compleri atque perfici debet. Quare, quantum inter se differunt aliorum inventiones electionesque, tantum etiam differunt inter alios homines non solum exterior vitae ordo sed etiam intimus vitae sensus, apprehendendi modus, loquendi et agendi indoles.

Quam duplicem historicitatem, internam et externam, in Christo homine intelligimus. Verbum enim divinum, de caelis descendens, humanitatem sibi assumpsit non adultam sed infantilem. Qui infans erat, successive inventus est parvulus, puer, adulescens, iuvenis, vir. Neque quasi arbor crescebat, neque quasi animal evolvebatur, sed per omnia nobis similis erat absque peccato (DB 148, DS 301). Sicut ergo caeteri homines ipsi se faciunt, ita et Christus homo ipse se fecit per ipsos suos experiendi, intelligendi, iudicandi, eligendi actus. Etsi alia et innumera agere potuisset, de facto nisi unam quandam atque determinatam et limitatam actuum seriem peregit; quibus actibus propriam indolem, proprium characterem, proprium suum atque individuum agendi, vivendi, ex-sistendi modum pedetentim efformavit. "Et Iesus proficiebat sapientia et aestate et gratia apud Deum et apud ~~et~~ homines" (Lc 2, 52; cf. 2, 40). Qui sane profectus nihil est aliud quam interna quam diximus humanorum actuum historicitas.

Praeterea, sicut Dei Filius humanitatem accepit infantilem, ita eam assumpsit e stirpe davidicia, in regione palaestinensi, in tempore Tiberii Augusti, ut aramaice loqueretur, ut sub iudaica lege viveret, inter Galilaeos adolesceret. Qui ergo ex qualicunque gente nasci poterat, e populo electo natus est; qui qualemcumque culturam suam facere poterat, neque qualemcumque neque omnem neque nullam sed iudaicam ~~qualemcumque~~ atque galilaeam suam fecit. Quam ergo in eo agnoscimus scientiam acquisitam, eam agnoscimus ita communem sui populi, sui temporis, sui loci, ut quod commune erat in <sup>ipse</sup> suis fines et usus adaptaret et personali quadam nota et quasi imagine ~~qualemcumque~~ compleret atque perficeret.

4) Quae vita Christi, interne et externe historica, dupliciter  
primo  
considerari debet: ~~uno~~ modo, quoad id quod fecit Iesus; altero modo,  
quoad modum quo fecit Iesus.

Quoad primum, fecit Iesus quod facimus omnes. Quae ergo  
J. Piaget de evolutione parvulorum et puerorum sollerter investigavit  
et multis in libris descriptsit, similia de Iesu intelligimus. Sicut  
in nobis, ita in eo fuit processus quo simul corpore, sensu,  
intellectu addiscebat, quo artes humanas comedendi, ambulandi,  
loquendi, faciendi, agendi acquisivit, quo suam humanae vitae  
experimentalē cognitionem pedentim augebat, quo ipse se hominem  
talem, imo hunc, per suos actus efficiebat.

Quoad alterum vero non eo modo fecit Iesus quo nos facimus.  
Nos ex desiderio intenti finis agimus, sed ipse ex fine adepto,  
perspecto, dilecto. Nos in finem acquirendum agimus, sed ipse  
adepti finis bonitatem diffundebat. Nos eum sequi volumus, sed ipse  
in ~~se~~ ipso imaginem Dei efformabat et Verbum divinum incarnato  
modo revelabat, ut in se exhiberet quod a nobis imitandum atque  
sequendum esset.

Porro, quatenus fecit Iesus quod facimus omnes, eatenus  
scientiam homini naturalem acquisivit; quatenus autem aliter fecit  
quam facimus omnes, eatenus sub ductu Spiritus sancti ex beata  
scientiam actus scientiae infusaे hausit traxitque. Quae quidem eti<sup>m</sup>  
duo sint, etsi aliud naturale sit et aliud ~~+~~ supernaturale, non  
ideo duas et seiuntas actuum series faciunt quasi unus homo duas  
vitas, alteram alteri nescio quomodo superpositam, ageret. Sed  
unam sibi cohaerentem in iterque sese evolventem ~~+~~ actuum seriem  
cogitari oportet, cum unum subiectum, finem prosequens unum, modo  
naturales elicuerit actus modo supernaturales, prout vel volebat occasio  
vel postulabat opus. Quod ipsi in nobis cernimus: quatenus enim  
manducapmus et bibimus, opus naturale facimus; quatenus gloriam

intendimus, finem supernaturalem eligimus; quatenus denique in Dei gloriam manducamus et bibimus (1 Cor 10, 31), opus naturale in finem supernaturalem ordinamus. Quare, sicut ipsi nisi unam vitam non ducimus et tamen alios in nobis discernimus actus naturales et alios supernaturales, ita in Christo homine naturales et supernaturales actus distinguimus quin unam Christi vitam humanam in duas et imaginarias divellamus.

5) Quia vero Christi vitam non solum interne sed etiam externe historicam fuisse censemus, sequitur Christum vero quodam sensu ab hominibus didicisse. Qui enim culturam populi electi fecit suam, non sine adiutorio huius populi eamdem accepit. Cum tamen huic quaestioni non sine ambiguitate responderit S. Thomas (Sum. theol., III, q. 12, a. 3 ad 3m), non nulla iis quae iam sunt dicta addenda addi oportet.

Non dicimus ergo Christum hominem ab homine didicisse vel ut augeatur ineffabilis scientia beata vel ut augeatur habitualis habitus scientia infusa. Sed dicimus Christum hominem ab aliis hominibus esse adiutum in iis quae ipse addiscebat. Quod adiutorium nihil aliud fuit quam opus cuiuslibet ~~coetus~~<sup>docentis:</sup> ea scilicet facere, agere, dicere, scribere ut alius actu intelligat. Qualia vero fuerint, quae Christus ab homine addiscebat, sequentibus fere indicantur.

Primo, caetera animalia recente nata mox sicut adulta eiusdem speciei operantur. Sed infans parvulusque humanus nisi diuturniori *et* exercitio lentiori evolutione non addiscit motus sui corporis gubernare, modo differentiato sentire, operationes tum corporales tum sensitivas coordinare. Quo in processu non otiosus est intellectus sed simul corpore, sensu, intellectu fit addiscientia; neque nihil

influent vel aliae personae vel ambiens quod dicitur physicum,  
 sociale, culturale; <sup>ali</sup> sed potius omnia pro infante, parvulo, pueru,  
 adulescente faciunt et determinant et nisi pedetentim dominium  
 restringunt prout educandus pedetentim pro se ipso facere, deinde  
<sup>denique</sup>  
 pro se ipso cognoscere, ~~congitu~~ pro se ipso determinare possit.  
 Quae cum ita sint, cum Iesus sapientia et aetate proficerit, cum  
 in eo agnoscerem agnoscatur scientia acquisita, haud dubitari potest  
 eam scientiam fuisse modo humano acquisitam.

Deinde, circa usum scientiae infusae eumque absolute supernaturalem,  
 qui ad mysterium Christi pertinet, haud dicendum est eum, qui  
 legem ~~impresum~~ perfecit, nihil a lege didicisse et, qui prophetas  
 implevit, nihil a prophetis accepisse. Neque haec addiscentia atque  
 acceptio ad ordinem scientiae acquisitae restringenda esse videtur,  
 cum divina revelatio in VT facta, sicut mentes hominum ad adventum  
 Domini agnoscedunt et doctrinam eius intelligendam praeparaverit,  
 ita etiam aptissima ~~si~~ fuerit ut ipsum Christum hominem adiuvaret  
 qui ex ineffabili scientia beata ad actus cognoscitivos et effabiles  
 procedere debuerit.

Etsi enim habitus ~~huius~~ <sup>infusae</sup> scientiae totus simul sit datus,  
<sup>simul</sup>  
 non ideo tamen totus in actum transire potuit.

Etsi enim habitus scientiae infusae absolute supernaturalis  
 totus simul sit datus, non ideo totus simul statim in actum transire  
 potuit. Non ~~statim~~, quia gratia supponit naturam; et ideo, quia  
 natura nisi pedetentim non se evolvit, ita gratia nisi pedetentim  
 non habuit usum naturae quem perficeret. Non simul, quia mysterium  
 Christi intelligibile erat non separatum sed cum sensibilibus connexum;  
 sed eiusmodi est sensus imaginatioque humana ut aliud post aliud  
<sup>o multa</sup>  
 repraesentet, neque ~~una~~ simul repraesentare possit nisi indistincte  
 et confuse; quibus limitibus sensitivis necessario conformari debuit  
 unus scientiae infusae quae intelligibile in sensibilibus respiciat.

Praeterea, habitus quidem est ut quis facile, ~~propterea~~ prompte, delectabiliter operetur. Sed ubi habitus nisi in intellectu non est, actus autem non elicetur nisi multi et alii actus in aliis potentiis simul eliciuntur, ibi non invenitur maior vel facilitas vel promptitudo vel delectatio quam in omnibus potentiis invenitur habitualis perfectio. Quare, ~~nam~~ etsi Christus homo per scientiam infusam celerius et profundius suum mysterium intelligere potuerit, tamen propter alios habitus in corpore, in sensitivitate, in scientia ~~admodum~~ homini naturali acquirendos, minime ei deerat etiam circa usum scientiae infusa e supernaturalem vel processus temporalis vel novae auctaeque intelligentiae saepius repetita experientia.

Quibus perspectis, ne mireris Iesum duodecennem Hierosolymis mansisse doctoresque legis ibi interrogasse (Lc 2, 46). Praebuit sane vita Nazarethana trigesima fere annos. Essentialia quidem trigesima fere annos praebuit vita Nazarethana ut Jesus ex se beata et ineffabili scientia ad effabilem rerum humanarum et religiosarum scientiam actualem et effabilem rei humanae et religiosae cognitionem procederet.

Essentialia quidem praebuit per trigesima fere annos vita Nazarethana, ut Jesus ex beata et ineffabili scientia ad actualem et effabilem rei humanae et divinae cognitionem procederet. Neque haec addiscentia ex sola visione beata processit sed etiam ex traditione iudaica divinitus orta et humanitus transmissa. ~~Quod ex traditione~~

<sup>Iesus</sup>  
Quod si hanc traditionem sibi perutilē Nazareth invenit, haud mirandum est eum Hierosolymis avidum doctores legis interrogasse, sicut nec mirari oportet doctores de responsis et de prudentia eius stupuisse. Quia denique Jesus maxime ipse se intus docebat, et mirati sunt parentes eius cum eum inter doctores invenerint, neque verbum eius intellexerunt: "in his quae ~~Patris~~ Patris mei sunt, oportet me esse" (Lc 2, 49).

15. Per omnia nobis similis absque peccato.

Quod summa sua auctoritate docuerunt concilia tum Chalcedonense tum Constantinopolitanum III, Christum hominem per omnia nobis similem esse absque peccato (DB 148, 290; DS 301, 554), potius tolli quam salvari videtur per doctrinam de scientia Christi humana beata et infusa. Nos enim hac in vita scientiam beatam non habemus, sed Christus dicitur eam habuisse. Nos hac in vita obiecta fidei non scimus sed credimus, sed Christus adeo non credidit ut scientia infusa docuerit quae scientia beata sciverit. Nos hac in vita ex desiderio intelligendi scientiam acquirimus quam prius non habuimus, sed Christus hac in vita Deum immediate cognovit, caetera mediate in Deo intellexit, et nisi secundum quid addiscere non poterat.

~~Respondetur duplicem intercedere similitudinem inter Christum et nos, aliam secundum naturam, et aliam secundum vitam.~~

~~Et quae ~~um~~ secundum naturam est similitudo, ea inde ab initio perfecte habetur, cum Christus humanitatem ex semine Adae ~~assumperit~~.~~

~~Quae autem secundum vitam est similitudo, ea~~

Respondetur Christum nostra assumpsisse ut sua nobis daret; et ideo duplicem esse similitudinem inter Christum et nos, primam quidem quatenus ipse nostra assumpsit, alteram vero quatenus sua nobis largitur. Porro, sub utroque aspectu ita invenitur similitudo, ut alia tamen ab initio sit perfecta, alia vero secundum oeconomiam gratiae et gloriae sit perficienda.

Nam quatenus Christus nostra assumpsit, nobis secundum naturam assimilatur, cum perfectam humanitatem habeat, eamque ex Ada derivatam.

Quatenus autem Christus sua nobis confert, conformes efficimur imagini Filii (Rom 8, 29), nunc quidem ut filii Dei simus, postea vero ut videamus eum sicuti est (1 Io 3, 2), si tamen compatimur ut et

conglorificemur (Rom 8, 17).

Per omnia ergo Christus homo<sup>nobis</sup> similis est, vel similitudine effecta quoad naturam, vel similitudine efficienda quoad gratiam et gloriam. Sed non intendit concilium affirmare similitudinem inter Christum et nos iam totam esse effectam et nullatenus esse efficiendam. Si enim iam perfecti & imitatores Christi essemus, addendum non habuisset quod addidit, "ab<sup>et</sup>que peccato."

16. Dubia varia.Motabilitum

Quo facilius distinctiones iam factae quaestionibus concretis applicentur, obiectiones non nullas ponimus atque solvimus.

Primo, qui Deum per essentiam cognoscit, a sensibus rapitur seu alienatur. Sed qui a sensibus rapitur, scientiam homini naturalem neque acquirere neque exercere potest. Mutuo ergo se excludunt scientia beata et scientia acquisita. Cf. Sum. theol., II-II, q. 175, a. 4.

R. Qui scientiam beatam exercet, quatenus eam exercet, intelligibile separatum intelligit, et ideo sensibus neque indiget neque utitur. Praeterea, stante ~~in~~ unitate conscientiae, plures simul actus simul exerceri non possunt nisi inter se ordinantur. Quare, ubi scientia beata vel per se infusa ex inopinato conceditur, ibi facilius salvatur unitas conscientiae per raptum seu alienationem a sensibus.

Quod tamen non impedit quomodo ipsa scientia beata sit principium unde homo ad scientiam homini naturalem acquirendam procedat. ~~Quae acquisita scientia tum ad scientiam beatam ordinatur et quae~~ Quae acquisita scientia minime cum unitate conscientiae pugnat. Ordinata enim est ad scientiam beatam sub cuius influxu acquisita est; et pariter ordinata est ad operationes ~~sensitivae~~ sensitivas cum intelligibile in sensilibus perspiciat.

Deinde, stante scientia beata, desiderium intellectus impletur; quo desiderio impleto, tollitur principium unde homo ad scientiam acquirendam procedat.

R. Tollitur acquisitio quae fit ex desiderio finis, conceditur; tollitur acquisitio quae fit ex amore finis iam adepti, negatur.

procedat. Quae acquisita scientia minime cum unitate conscientiae pugnat: ipsa enim unit intellectum et sensum, nam intelligibile in sensibilibus perspicit; et ipsa cum scientia beata unitur sub cuius influxu acquiritur.

Quare, cum Christus homo semper scientiam beatam habuerit, scientiam homini naturalem non acquisivit nisi quae cum scientia beata omnino cohaereret atque consentiret; et ideo scientia beata in eo raptum seu alienationem a sensibus non produxit. Sed ubi vix perfecte scientia homini naturalis modo ordinario acquiritur, ~~est ideo illi scientiae ex parte assimilatur et scientia ex parte quae vacuatur cum ratione quod perfectum est~~ <sup>fero necessario</sup> cohaeret cum scientia beata, ~~et ideo illi scientiae ex parte assimilatur et scientia ex parte quae vacuatur cum ratione quod perfectum est~~ cf. (1 Cor 13, 9.10); et ideo sequitur raptus. Denique cum homo a sensibus alienatus operationes vitae humanae agere non possit, ulterius sequitur hominem non posse Deum videre et vivere.

Deinde, ubi exercetur scientia beata, impletur naturale desiderium intellectus; quo desiderio impleto, tollitur principium unde homo sponte ad scientiam acquirendam procedat. Scientia ergo beata et scientiae acquisitio mutuo se excludunt.

R. Ubi exercetur scientia beata, non acquiritur scientia ex desiderio finis, conceditur; non acquiritur scientia ex amore finis, negatur. Sicut enim naturale intellectus desiderium est fons et principium omnis operationis <sup>naturalis</sup> in nobis, ita scientia beata est fons et principium omnis operationis <sup>intellectualis</sup> in iis qui immediate Deum cognoscunt.

Tertio, nemo addiscere potest ea quae iam scit. Sed Christus homo per scientiam beatam non solum immediate Deum cognovit sed etiam in Deo ea possibilia atque actualia perspexit quae ad munus suum pertinebant. Scientia ergo beata acquisitam scientiam reddit superfluam atque inutilem.

R. Scientiae et ideo addiscentiae distinguuntur obiectis non materialibus sed formalibus; ubi autem est aliud medium cognitionis, aliud etiam est obiectum formale; et ideo, quamvis obiectum materiale alio medio iam cognoscatur, integra manet possiblitas ut secundum aliud medium addiscatur. Ita qui geometriam more euclidiano didicit, totam tamen geometriam analyticam addiscere potest; et qui has duas didicit, totam geometriam projectivam addiscere potest; et qui has tres didicit, totam geometriam riemannianam addiscere potest. Quare, quamvis Christus homo per scientiam beatam et medio infinito possibilia et actualia cognoverit, eadem tamen scientia homini naturali addiscere potuit.

Praeterea, in Christo homine agnoscitur scientia acquisita non solum ut modo humano cognoscatur sed etiam ut modo humano vivat, agat, faciat, doceat. Quae quidem longe maioris sunt momenti. Humanitatem enim accepit Christus non miraculose adultam sed infantilem; et sicut caeteri homines ipsi se faciunt addiscendo et eligendo, similiter Christus homo ipse se fecit addiscendo et eligendo; ubi autem caeteri per errores versus veritatem et per peccata versus conversionem moralem et ~~re~~ religiosam progrediventur, novus Adam, caput corporis sui, novum hominem formavit, initium novae creaturae; quod initium, <sup>ideo</sup> ~~quoniam~~ novum hominem formavit Christus in se ipso, et quidem addiscendo atque eligendo, ut prius ipse ex-sisteret quam aliis ex-sistendi exemplar praeberet.

Quarto, scientia homini naturalis ex sensibilibus acquiritur; sed scientiam Christi acquisitam diximus sub influxu beatae scientiae factam. Quod valde confusum esse videtur; quod enim ex sensibus acquiritur, non acquiritur sub influxu scientiae beatae; et quod sub influxu scientiae beatae acquiritur, ex sensibus non acquiritur.

R. In scientiam homini naturali non solum influunt sensus sed etiam lumen intellectus agentis unde admiramus et inquirimus et

actus intelligendi efficienter producimus. Quare, "non potest dici quod sensibilis cognitio sit totalis et perfecta causa intellectualis cognitionis, sed magis quodammodo est materia causae" (Sum. theol., I, q. 84, a. 6 c. ad fin.). Proinde, sicut in nobis sensus non sunt totalis causa cognitionis intellectualis, ita nec in Christo homine; ubi autem in nobis operatur principium transcendentale sed potentiale (intellectus enim humanus est potens omnia facere et fieri), in Christo homine operabatur principium transcendentale et actuale, ipsum nempe esse subsistens immediate cognitum.

Quinto, in Christo homine erant perturbatio animae, taedium, pavor (Io 12, 27; Mc 14, 33 ss.); sed beata scientia beatificat; ergo in Christo homine non aderat scientia beata.

R. Scientia beata est eadem specificie scientia quam beati habent, conceditur; ex hac scientia resultat beatitudo, sub-distinguitur, essentialis quatenus intellectus finem suum attingit, conceditur, completa quatenus in nullo prorsus deficit, sub-sub-distinguitur, si corpus iam est resuscitatum atque glorificatum, conceditur, secus, negatur. Nam ubi sunt poenae, dolores, cruciatus, ibi

Sexto, Christus in cruce moriens ne essentiali quidem beatitudinem habuisse videtur cum dixerit: Deus meus, Deus meus, quoniam mandasti ut quid me dereliquisti (Mt 27, 46; Ps 21, 2).

R. Aliter ab aliis hic locus exponitur: alii enim nisi ipsa verba considerant; alii eadem intelligunt in contextu Ps 21; alii denique opinantur Iesum totum psalmum recintiassse, Matthaeum vero eo sensu possuisse prima verba quo nos numerum psalmi diceremus sunt timor, pavor, caeteri motus animae perturbatae, nisi aliud obstat. Sed in Christo homine eoque mortale*i* erat corpus non gloriosum et impassibile, sed fragile atque passibile; neque ex scientia beata sequebatur raptus vel anaesthesia; neque admittenda est mera passionis apparentia in eo qui passus est vera carnis passione

(DB 27, 72, 143; DS 166, 197, 293, 325), imo qui plus caeteris hominibus sentiret atque perciperet (DS 3924).

Sexto, fieri non potest ut vere et realiter patiatur qui immediate Deum cognoscat.

R. Fieri non potest ut ens quoddam simplex simul patiatur ac Deum immediate cognoscat; sed Christus homo multipliciter componebatur, et ideo potuit secundum aliud pati et secundum aliud Deum immediate cognoscere.

Septimo, sed eiusmodi est unitas hominis ut praevaleat vel fortitudo spiritus vel carnis debilitas; et cum fortissima sit immediata Dei cognitio, necessario expellit omnem passionis sensum.

R. Concedendum est naturales hominis operationes ita inter se coniungi ut praevaleat vel fortitudo spiritus vel carnis debilitas; sed immediata Dei cognitio est operatio non naturalis sed supernaturalis; et ideo non sequitur conclusio.

Et explico. Naturaliter intellectus humanus ~~per se~~ non perspicit nisi intelligibile in sensibilibus, et ideo ita inter se coniunguntur operationes intellectivae et sensitivae ut, turbata parte sensitiva, impediatur operatio intellectus vel, dominante parte intellectiva, sensus intellectui attentius inserviat et ita a suis doloribus distrahatur. Sed ubi intellectus Deum immediate cognoscit, intelligibile separatum perspicit; et ideo haec cognitio, sicut sensu neque indiget neque utitur, praeter naturalem coniunctionem operationum humanarum exercetur. Quam ob causam, potuit Christus pati secundum omnia quae nos intus experimur et tamen secundum aliud a nobis non expertum Deo frui.

Octavo, unitas conscientiae exigit ut contrarium a contrario expellatur. Sed omnes operationes Christi humanae, tam supernaturales quam naturales, intra unitatem unius conscientiae humanae continebantur. Quare, in Christo homine simul adesse non poterant tum immediata Dei cognitio tum vera realisque passio.

R. Ipsa passionis ratio est contrariorum coniunctio, et tot sunt passionis aspectus, quot enumerantur contrarietates. Ita corporis laesio est passio, quia opponuntur <sup>vitalis</sup> <sub>A</sub> tendentia carnis et violenta eius deformatio; dolor sensibilis est passio, quia opponuntur conscientia sensus tendentia et id quod sentitur; tristitia animae est passio quia opponuntur totius animae nisus et malum praesens atque opprimens. Quam ob causam, sicut sublata cognitione tollitur dolor, ita aucta sensibilitate et intelligentia magis lucente augetur dolor; et ideo magis homines quam bruta animalia patiuntur, magis politiores quam <sub>↓</sub> rudiiores, magis perspicaciores quam hebetiores. Quae cum ita sint, contrariorum in uno coniunctio passionem non tollit sed facit.

Porro, verissimum est conscientiam eo tendere, imo totis viribus eniti, ut expellantur contraria. Sed ipse hic nisus ad passionem pertinet, et aliter in aliis ad finem pertingit. Ita cessare potest passio, quia cessat ~~una~~ causa extrinseca quae passionem infligit. Cessare potest passio, quia animus a sensibus rapitur. Cessare potest passio, quia vires physicae collabuntur et homo moritur. Sed circa Christum hominem non cessabant qui extrinsecus passionem infligebant. Neque ipse a sensibus raptus ~~era~~ est qui, sicut mediante <sup>ex</sup> divina essentia suam passionem cognovit, ita <sub>A</sub> obedientia et caritate eamdem plena voluntate acceptavit. Sed tunc cessavit <sup>haec</sup> passio, quando Iesus emissa voce magna expiravit (Mc 15, 37; cf. 39 et ~~multo~~ forte Heb 5, 7). Qua morte mortem vicit et, sicut sibi gloriam, ita nobis gratiam meruit atque gloriam.

Nono, eiusmodi est immediata Dei cognitio ut naturaliter ex ea resulant tum beatitudo animae tum glorificatio corporis, uti clare docet S. Thomas S. Augustinum sequens, Sum. theol., III, q. 14, a. 1 ob 1; q. 54, a. 2. Ergo simul esse non possunt tum immediata Dei cognitio tum vera et realis passio.

R. Non minus clare docuit idem S. Thomas, S. Damascenum citans, hanc resultantiam subiacere voluntati divinitatis quae mysterium redemptionis in corpore passibili explere voluit (Ibid., q. 14, a. 1 ad 2m; q. 45, a. 2; q. 54, a. 2).

In cuius rei intelligentiam notandum est ~~ipsam~~ ipsas leges naturales non esse nisi effectus divinae sapientiae ordinantis, naturalem vero resultantiam legibus minorem esse cum non dicat nisi connectionem atque ordinem quibus alia pars alias in ~~est~~ eodem toto quodammodo ~~esse~~ fundet vel exigat. Quare nihil impedit quominus ex immediata Dei cognitione alia in ~~est~~ angelis, alia in animabus separatis et purgatis, alia post resurrectionem corporum, et alia in Christo homine mortali resultant.

Quod si ad ipsum ordinem divinae sapientiae attendimus, etiam causas huius resultantiae addiscere possumus. In beatis enim sicut ipsa scientia beata per merita Christi habetur, ita pariter quae ex hac scientia resultant per merita Christi habentur. In ipso autem Christo homine non propter meritum sed propter suam dignitatem aderat cognitio Dei immediata (Sum. theol., III, q. 19, a. 3; q. 34, a. 4 ad 1m); qua ex cognitione in eodem Christo beatitudo resultavit gloria, non caeco quodam atque spontaneo processu, sed per meritum suae passionis atque mortis (Phil 2, 9; Heb 2, 9).

14

Decimo, qui immediate Deum cognoscit, a Deo non est derelictus; sed Christus est a Deo derelictus (Mt 27, 46; Mc 15, 34); ergo saltem in cruce moriens Christus est a Deo derelictus.

R. Ab omni fallacia immunis esse non videtur praemissa maior, cum pari ratione diceretur: qui hypostaticē cum Deo unitur, a Deo non est derelictus; qui gratiam sanctificantem habet, a Deo non est derelictus; qui poenam damni in infernis non patitur, a Deo non est derelictus; qui per passionem addiscit obedientiam (Heb 5, 8), a Deo non est derelictus; qui mox in manus Patris suum commendat spiritum (Lc 23, 46; Ps 30, 6), non se sentit penitus a Deo derelictum; qui scit se opus redēptionis consummare (Io 19, 30), scit se non omnibus modis a Deo esse derelictum.

*intelligendum*  
Quare, ad sensum illorum verborum, Heli, Heli, lamma sabacthani, recurrendum esse videtur ad contextum unde proveniunt; sed ~~non~~ parum differunt a versione aramaica (targum) initii Ps 21, ~~¶~~, ubi non solum describitur passio Domini (vv. 7 - 19) sed etiam summa exprimitur fiducia in Deum atque futurus exspectatur triumphus.

Derelictus ergo est Dominus quatenus a populo et electo et suo est reiectus, quatenus fugerunt discipuli, quatenus blasphemiae reus auctoritate publica habitus est, quatenus summos corporis cruciatus per horas integras pertulit, quatenus "vermis et non homo, opprobrium hominum et abiectione plebis" (Ps 21, 7), quatenus "factum est cor meum tamquam cera liquecens in medio ventris mei" (Ps 21, 15), quatenus haec omnia non prohibuit Deus sed vel permisit vel indirecte voluit. Breviter, derelictio Domini erat passio Domini et, sicut haec, ita etiam illa cum immediata Dei cognitione componitur.

## 12. Christus homo simul comprehensor et viator.

Christus homo durante vita sua mortali tam comprehensor fuit quam viator (Sum. theol., III, q. 15, a. 10). Et comprehensor fuit quia a primo instante suae conceptionis scientiam beatam habuit (Ibid., q. 34, a. 4); viator autem fuit quia homo erat et modo humano ei vivendum erat, neque in corpore gloriose, sed in carne passibili.

Quae quidem duo quemadmodum inter se componantur, iam aliquatenus diximus. Scientia enim beata non aliena est ab intellectu humano sed ei est finis naturaliter desideratus etsi supernaturaliter attingendus (Sum. theol., I, q. 12, a. 4; I-II, q. 5, a. 5). Porro, sicut ex desiderio finis operatur qui finem nondum attigit, ita ex bonitate finis operatur qui finem iam adeptus est. Et hic operandi modus hac in vita proprius fuit Christo qui simul fuit et comprehensor et viator.

Praeterea, scientia beata superfluam non reddit scientiam humanam, cum aliud alterius sit medium et alius alterius sit modus. Nam scientia beata continetur tata tota intra intellectum, sed scientia humana et acquisita non est nisi pars cognitionis humanae, si concrete sumitur, sui humana et acquisita nisi partem non habet in intellectu et ideo simultanea sensitivitatis collaboratione indiget; quod maxime manifestum est in cognitione experimentalis et in artibus humanis.

Praeterea, scientia beata superfluam non reddit scientiam humanam et acquisitam. Etsi enim eadem objecta utroque scientia apprehendantur, aliud tamen est alterius medium et alius est alterius modus